

~~xx~~
xx Ne
Lanyel xx

xx
xx
xx

H.

ELEUTEROPHILI LONGINI

MISCELLANEORUM
THEOLOGICO-PHI-
LOSOPHICORVM

PARTIM QVIDEM

PARADOXORVM

FIDEI AVTEM AEQVE AC
RATIONI ILLIVS LVCE COL-
LVSTRATAE SE PROBAN-
TIVM

SECTIO I.



FRANCOFVRTI ET LIPSIAE,

A. C. 1666

On vanus inclarescendi pruri-
tus, non proterua aliis con-
tradicendi libido, non temerarium
nouitatis studium, sed solus littera-
rum amor, sola discendi cupidus,
solum indagandae veritatis deside-
rium, cogitationes meas de non-
nullis tum naturalis de Deo cogni-
tionis, tum sapientiae, in per-
scrutandis reddendisque rerum ratio-
nibus ad perficiendum, qua fieri
potest, animum occupatae, ca-
pitibus post frequentiorem rumina-
tionem ut in lucem aliquando editas
Virorum eruditione praefantium, eo-
rundemque et a praeiudiciis et a par-
tium studio alienorum, censurae sub-
iicerem, haud raro me incitarunt.
Ait me inuito nec parum reluctante
earum nunc prodit partus, non le-
gitimus, sed abortus admodum im-
maturus festinatusque, ex stimulan-
tibus cum atque promouentibus,
quibus aduersus resistere mihi religio
est, viris, plus in me virium, quam

) (2 mihi

4 PRAEFATIO.

mihi ipse conscius sum , collocantibus . Quare ut nec eorum expectationi , nec doctorum sagacitati Areopagitarum satisfaciam , est quod verear ; tantum ne abest , ut de omnibus , quae hic proposui , mihi gratuleret , ut sint , quorum causae nec ipsem et ante confidam , quam Lydio probata lapide digna mihi videantur , eandemque falsitate illorum a quoquam demonstrata protinus deserere mecum serio constituerim ; cum is non sim , qui opprobrio sibi ducat , eam cum veritate committare , prout maiori apud me in pretio sunt , quotquot errores suos fatentur , ipsique retractant , quam qui pertinaciter defendunt ; quod nostrum non est in aliorum etiam animis veri iustique sensum extinguere . Hinc non aegre feram dissensum veritatis amore natum . Absit tantummodo inurbana scurrilitas ; quod dedecet eruditos , (ne dicam , a pietate diuinatus nobis praecpta abhorret) falsioribus aliis verbis perstringere , atque ita vulgi-

ca-

PRÆFATIO.

5

cachinno prostituere, se ipsos autem virorum proborum indignationi. Nulli non idem in me ius concedo, quo et ego in alios sum usus. Haud ita raro sc. ab hoc illoue aliquatenus dissensi, et porro dissentiam; veruntamen modeste, dissimulatis plerunque eorum nominibus, cum in iis sint viri, tot in Rempublicam Litterariam meritis clari, ut vel iis me comparare audacissima esset audacia. Eodem autem omnes iure gaudemus in promouenda ad salutem publicam veritate, eaque humanae fortis est conditio, ut non omnia possimus omnes, nec raro Daus cernat, quod Oedi-piipsius perspicacitatem latuit. Facilis est lapsus, in rebus praecipue dubiis, et quarum distincta haberi notio non potest, eoque magis, quo quis pluribus, iisque grauioribus negotiis distrahitur, adeoque quo minus ascia limae opus quodque emendet, impeditur. Ut autem ad institutum meum proprius accedam, rogatos hoc loco quosque velim, ne huius, quicquid est, opellae titulus in-

(3) iuri-

6 PRAEFATIO.

iuriarum vel in codicem Diuinum ;
thesauro quo quis praestantiorem , vel
conformatam ad illius praecepta Re-
ligionem ullo modo redundatura-
rum ullum ipsis metum iniiciat. Or-
eo certe profecto dignam eam ipse-
met iudicare , si veneni quicquam
in ipsa Oracula Diuina euomeret.
Ne tamen quis suam ipsius interpre-
tationem cum iis confundat , pa-
risque auctoritatis esse velit , etiam
atque etiam obsecro. Quam maxi-
me autem in Theologiae sic dictae
naturalis studio , quo potero studio
Dolichum coeptum prosequar , ab-
solutoque nunc primo cursu (si Deo
placuerit) nouum protinus exordiar,
septimoque metam attingam. Exi-
stentia Diuina est , in cuius hac vice
notitiam inquisui , et quam post
hominum primorum lapsum traditio-
nis seu institutionis ope inchoari , post
autem ipsa operum Diuinorum con-
templatione perfici statuo. Prima-
riam illam Veritatem (Ex. sc. Dei)
duobus simul argumentis minus usi-
tatis (procul dubio autem etiam Kir-
chero

PRAEFATIO.

7

chero Art. Magn. combin. L. VI. p.
258. et 284. in 6561. (nisi calculi
errorem commisit Germ Astrotheol.
Derham. editio) argumentorum ad
dictam veritatem demonstrandum
numero contentis , illustravi i. e. so-
lem accensa facula demonstrauit ;
quamuis ab eo quod vulgariter , nec
inepte , a generis hum. initio petitur ,
haud ita discrepet. Teste sc. expe-
rientia generationis ope homines
propagantur , aliqui subinde nascun-
tur alii intereunt. Vel igitur dictae
generationis nullum est principium ,
vel est. Si non est , statuitur effe-
ctus sine causa efficiente ; si est , vel
fortuitum est vel rationem suae exi-
stentiae habet in duobus pluribusue
hominibus necessario et ab aeterno ,
existentibus vel in alio ente. Si
primum , factum est aliquid sine rat.
suffic. si secundum , non possunt non
esse superstites , ubi autem sunt ? Si
tertium , hoc ens est vel finitum vel
infinitum. Si finitum , unde huius
origo &c. &c. Neque vero alio
quam traditionis canali tum ab ipsis

) (4 mun-

8 PRÆFATIO.

mundi incunabulis tum eodem post diluuium renato hucusque deriuatam esse de immortalitate animae doctrinam, simul asserui; id quod ne cui impossibile videatur, perpendat quæso, cum tot rerum in principio gestarum e. gr. primorum hominum e terra ortus, Paradisi, Diluuii &c. &c. ceu praeter alios cedro dignus Hug. Grotii d. Ver. Rel. Christ. tractatus egregie demonstrat, memoria quamuis obscura confusaque ethnici quoque gauisi sint, num veritatem tam gratam caramque intercidisse credibile sit. Plura vetant tum spatii angustia tum temporis penuria. In balbide autem iamiam stare quasi video doctissimos strenuosque aduersarios, mox in me erupturos. Fauxit Deus T. O. M. ut conatus utrinq; cedant in sui nominis gloriam et veritatis inter homines promotionem.

post
iua-
do-
l ne
dat
pio
um
&c.
nus
ta-
oria
nici
em
isse
atii
In
vi-
er-
Fa-
nq;
m

MISCELLANEORUM THEOLOGICO-PHILO- SOPHICORUM.

SECTIO I.

MEDITATIONES TRA-
DENS E THEOLOGIAE
NATURALIS PERTRA-
CTATIONE PLURIMAM
PARTEM OBOR-
TAS:

§. I.

OMnis de Dei tum existentia, Nulla est de
Deo notitia
infusa pro-
prie sic di-
lla. tum cultu Eidem praestan-
do notitia est acquisita, nulla in-
sita vel nobiscum nata, si haec in-
dicet vel ideam aliquam de Deo
animae congenitam, ab Eo Ipso
huic implantatam, impressamue,
quae Cartesii, Claubergii, Anto-
nii le Grand, aliorumque plurium
illius asseclarum est sententia, haud
immerito explosa, vel actualem
quandam, immediateque ac citra
ullum

A

illum

ullum ratiocinium animo inhaerentem de Deo notionem , vel denique in fusum eidem Ens sumum cognoscendi habitum.

Mirum est , quantum hoc loco eruditorum , eorumque tum Theologorum tum Philosophorum , haud pauci fluctuant , atque inter se discrepent , ludantque cum insiti seu connati termino . Solem digito indicarem , si exemplis demonstrarem , quod nulli non libros de hac materia scriptos vel obiter insipienti statim patet .

Conscientia humana , Lex cordibus inscripta &c. testantur quidem de Deo , prout cetera omnia e. gr. admirabilis membrorum corporis humani fabrica , non autem de istius modi notitia ; argumenta suppeditant Existentiae Diuinae , non cognitionis de ea menti humanae insitae . Neque vero huc referri potest Desiderium hominis infinitum , quod quippe haud ita contemnendum est argumentum a posteriori , notitiae de Deo acquisitae proprium , licet tum demum homini se probet , vimque suam maxime exerat , quando jam de Existentia Diuina certior est . Quid ? quod ex hac vicissim rationem illius suffici- entem haurit .

S. II. Suf.

S. II.

Sed poten-

tia Deum

ex operibus

cognoscen-

di.

Sufficit , connatam esse intellectui humano potentiam , ut hos illosue perspiciendi veritatum nexus , ita quam maxime sine doctore et ductore (quamuis horum adiumento ob peruersum plerorumque rationis usum multo facilius meliusque) e contemplatione tum sui ipsius tum rerum quarumcunque omnium , sensibus occurrentium cognoscendi , esse , quod a nullo dependet , universi autem causa est , Ens quoddam infinite perfectum .

Sunt qui nulla coacti necessitate animo humano praeter hanc facultatem seu potentiam tribuunt naturalem quendam instinctum , (qui a habitu illo supra dicto nihil fere differt) cognitis terminis , perceptae aliunde , si ita contingit , de Deo notioni , vel propositioni , assentiendi ; rationis enim jam per se est , veritatem tam eviden-

A 2 tem

tem quoquo modo perceptam intelle-
ctamque amplecti.

III.

*Dignior
haec est ut
Deo et ho-
mine,*

*Dicti ad
Rom. I. sen-
sus.*

Dignior est hic de ortu no-
titiae dictae et de cognoscendi
Deum modo conceptus prout ho-
mene ita et Ipso eius Auctore; Hu-
ius quippe et sapientiam et poten-
tiam, illius autem præstantiam
magis extollens; ut taceam diffi-
cultates, quae insitae notitiae pa-
tronis adhuc obstant, vix que un-
quam e medio remouebuntur.
Tantum autem abest, ut dictum
illud Paullinum ad Rom. Cap. I.
vers. 19. et 20. ad quod nonnulli
prouocant, eorum sententiam
corroboret, ut euertat potius de-
struatque. Verba enim *ἐν αὐτοῖς*
aptius redunduntur in ipsis, vel in-
ter ipsos, quam intra ipsos; Ethni-
cis quippe ob oculos versabantur
hosque ita luculenter seriebant
tot ac tanta Dei opera, ut non
possent non vel mediocriter at-
tenti ex illorum existentia Huius
exi-

existingentiam, et ex eorundem magnificientia excellentissimam Hu-
ius Majestatem intelligere; quam quidem solam, vel saltem pre-
illa, Diuum Apostolum hoc loco urgere, tum ipse verborum contextus, tum scopus illi praefixus, nisi me omnia fallunt, palam ar-
guunt. Haud enim quaquam di-
ctis Gentilibus exprobrat brutam Entis rebus humanis eminentio-
ris, cultuque religioso honorandi, ignorantiam, sed quod Idem tam
sordidum abiectione sibi fin-
ixerunt, cum tamen e considera-
tione visibilium Eius operum tam
illustrium longe praeclariorum de
Ipsius Potentia atque Diuinitate
notionem haurire potuissent,
hincque et dignorem Eidem cul-
tum praestellare debuissent.

§. IV.

Nisi concedere velimus suf-
ficiente destituti ratione, frustra
primos homines accepisse, nec Deus ante non patet cit se pro- toplastis,

A 3 un-

quam rati- unquam exercuisse praestantissi-
cuis ope ab mam illam intellectus perfectio-
is agnitus. n
 nem, in iis procul dubio *κατ' εξοχήν*
 illustrem, dictam nempe poten-
 tiam tum e sui ipsorum, tum alia-
 rum contemplatione rerum Di-
 uinum pernoscendi Conditorem,
 statuendum est, non illico Huius
 Ipsius conuersatione usos esse
 gauisosque, sed praeuiis demum
 de Illius existentia necessaria ra-
 tiocinationibus, piisque ac anxiis
 Eodem fruendi suspiciis.

Non con- Hanc meam opinionem non pes-
trariatur Sundant Sacri Codicis oracula. Quam-
baec asser- us enim haec fileant de ejusmodi il-
tio Diuinæ lorum quasi probatione, Reuelationi.
authoritati Diuinæ praemissa; quamvis memora-
Scripturæ tiae eorundem creationi statim anne-
 ctant Benedictionem Diuinam & con-
 cessum in omnem terram hujusque
 omnia, imperium, notissimum ta-
 men est, rerum in principio gestarum
 multa Gen. I. prolixior ne fieret Hi-
 storia, esse praetermissa; nec latere
 quemquam potest, tum eam Bene-
 dictionem, tum Euæ creationem per
 ita dictam Prolepsin, (de qua h. l. vid.
 Sal.

Sal. Glassii Philol. Sacr. L. IV. Tract. II.
 Obs. 28.) forte ne istam eodem cum
 Adamo creatam esse die quis dubitaret,
 & compendii causa, ibi ita connexas
 haud pauca antecessisse, quorum cap.
 II. sit mentio, cum alias ibi, alias
 hic fuerit Scriptoris sacri scopus.

§. V.

Creatus igitur ex humo, &
 quidem ejusdem vi verbi, quo *Adamus
 Creatorem
 suum ratio-
 cinando in-
 venit.*
 cetera creata sunt omnia, ani-
 maque praeditus Diuinam aemu-
 lante Naturam, protinus creato-
 rem suum, vestigiis Eius, id est,
 operibus, insistens, solcite qua-
 siuit, votique compos mox in-
 uenit, atque ab Hoc Ipso in Pa-
 radisum deductus unacum pote-
 state in omnes horti istius amoe-
 nissimi fructus nonnisi uno (una
 scilicet arbore) eoque cum se-
 uerissima comminatione (quam
 ab Ipso Deo postmodum Eva
 praesente repetitam esse vero ad-
 modum simile est) interdicto,
 praeceptum etiam de illo colendo

A. 4 custo.

custodiendoque accepit, qui tum
temporis procul dubio suavis
gratusque fuit labor.

§. VI.

*Negue E-
uae sine hac
probatione
ea felicitas
contigit.* Similiter et Euam ex Adami,
sopore diuinitus immisso capti,
parte quadam a Deo formatam,
eodemque spiritu intelligenti ma-
ctam, jam ante ad illum, ab isto
quam duceretur, vel Hujus in-
stinctu ipsamēt accederet, sibi re-
licitam, talibus rationis argumen-
tationibus reor fuisse occupatam,
nec minori in Auctorem suum fla-
grasse desiderio, eadem vero cle-
mentia ab Eodem sine mora ex-
ceptam.

*Quomodo
Eua ad A-
damum ve-
nerit.*

Verbum Linguae sanctae, quod
est Futurum in H̄iphil Gen. II. 22. ae-
que ac versuante ed. 20. ubi anima-
lia ad Adamum (hoc etiam, pro ut
mihi quidem videtur, fine, ut perce-
ptis hac quoque parte sensuum ope-
tot tam discrepans speciei ac indolis,
tamque diuersae et mirae pulchritudinis
objectis ratio ejus magis ac magis acue-
retur, cum ad intelligendam exinde suam
ipsius

¶ o ¶

ipius p̄ae illis omnibus praestantiam
atque nobilitatem , tum maxime ad
perdiscendam Creatoris sui & Excel-
lentiam & Bonitatem , augendamque
ita erga Hunc Ipsum eius cum amore
obseruantiam fidemque) vel a Deo
ducta sunt , vel Huius impulsu ipsa
venerunt , reddi etiam potest venire ,
adire fecit . Ita quasi fortuita in Ada-
mi , sui simile procul dubio nullis non
votis adhuc exoptantis , conspectum
prodit , eoque maiorem & suauiorern
in ipius animo excitauit admiratio-
nem ; vel sibi ambo ex in sperato occur-
rerunt , & utrinque par fuit gaudii &
stuporis dulcedine perfusi affectus .
Quod quidem posterius haud ita pro-
no ex Historiae sacrae verbis aliueo
fluit , ac prius , quo Eua ceterorum ad
instar animantium ad Adamum accessit ,
ita hinc commotis a laetitia suauissi-
meque demulsi visceribus exclaman-
tem : Adeſt tandem caro quoque de
carne mea ; quasi dixisset : Tot ad me
prius venerunt animantia , sui quod-
que simili gaudens ; optauit subinde
sperauique meae quoque speciei quic-
quam accessurum , spes autem haec
jamiam decollaverat ; ecce nunc adeſt !
Non est hoc ex illorum genere , sed
ipsa caro de carne mea .

A 5

Quae

*Qui Adamus scine-
rit, Euam de carne sua esse.*

Quaeri posset, unde Adams innotuerit, feminam hanc de carne sua esse. Obstat repugnatque verborum, praecipue sequentium, tenor, quo minus antecedentia, Haec est caro &c. hunc inferant sensum: Eadem est haec de carne, eodemque de osse ac ego sum. Forte igitur sopore illo obrutus per somnium, pariter ut ille, diuinum, sine ullo doloris sensu, suauissima potius titillatione delectatus, omnia vidit, quae tum secum, tum cum feminae creatione contigerunt. Forte expergefactus hinc (miratus simul somnii naturam) doluit, vere non adesse, quam coram quasi tam distincte intuitus erat, jamque amore plenus ardentibus votis concupiuit, visaque tum ea memoratis illis verbis suam testatus est laetitiam, eorumque ita hic est sensus. Haec est illa caro de carne mea, & os de ossibus meis, somnianti ostensa. Facili opera conciliari potest haec explicatio (nec Sacro textui ita aduersa) cum iis, quae supra tradidi. Verba autem, ideo relinquet homo patrem & matrem &c. non sunt Adami, sed ab ipso Deo prolata, (procul dubio coniugialis originem causamque amoris, ejusdemque vinculi sanctitatem ita nos docturo) ceu Is, Qui ipsa est Veri.

Veritas , & falli & fallere nescius ,
certiores nos reddit Matth. XVIII. 4.
& 5. Neque vero ita alucinabitur, qui
per Adamum haec Deum pronuntiasse
crediderit.

§. VII.

Argumentorum autem quae *Quo argu-
mento Ada-
mus de Dei
existentia
certior sit
redditus.*
ad demonstrationem Causae om-
nium primae, eiusdemque excel-
lentissimae, hodie communiter
(inaequalis licet sint roboris) ad-
hibentur, Protoplastis cum paucif-
sima tum temporis usui esse po-
tuerint, quaeritur nunc, qua in-
cedendum fuerit illorum rationi
via ad veritatem tantam peruen-
turae. Respondeo : non alia, ni-
si celeberrima illa Causalitatis, in-
digitata à rerum omnium, quam-
vis miro, omnemque excludente
fortuitum materiae concursum,
mechanismo atque perfectione
excellentium contingentia, ab Il-
lustri Wolfio non temere nec in-
consulte maximi aestimata , cum
sine huius (puta contingentiae)
du-

ductu via illa certe esset invia, eiusdemque indicio nullus non homo, vel solus, et ne ipso quidem existente mundo, sed (si ita fieri posset) nudo rudique, cui insisteret, stipite truncoue, vel caecus ipse, istam calcaret, instituta sui ipsius contemplatione.

Contingentiae et Causalitatis argumento-
rum indis solubilis est prius.

Ita inter se connexa sunt conspirantque Contingentiae et Causalitatis argumenta, ut alterum sine altero esse nequeat, et ab altero alterum inferatur. Ordine tamen illud est prius, nexus, illud minus licet attento contrarium et tamen h. l perinde, videatur, ac si quis in se ipsum intuens, suamque animaduertens existentiam ita secum colloqueretur: Sum; unde sum? &c, hincque de sui causa prius, quam de contingencia, cogitaret. Verum enim vero hac ipsa meditatione contingentiter se existere tacite annon praesupponit? Num queso in sui causam inquireret, suae ipsius sibi nisi conscius esset contingentiae. Hac ipsa inducendo contingentiae suae conscientia familiare est, de rerum effectuumque sensibus suis occurrentium cogitare causa, intelligendi cupido, unde, et num aequae ac ipse contingentis sint conditionis.

Cui

Cui etiam suaemet contingentiae , ut ita dicam , praescientiae naturales suos debet laboriosiori quamvis ac diffici- liori enixum partu praeiudicium illud , Deo solo quidem excepto , verissi- mum : Nihil sit sine causa . Argumentum proinde contingentiae in ipso ho- mine nascitur , inque eo ipso quamvis inopinum , obscureque et confuse (ut notissima quaeque minus aduententi- bus omnia solent) vires suas ante exer- cit , quam ad obiecta externa procedit.

Quod si mihi objiciatur ex ipsa Obiectio- huius contingentiae considerations emicare , quin elucidere , causae (sit ve- nia verbo !) prioritatem , atque ptae- rogrativam ; contingens (sumtum pro eo , cui inhaeret) enim se habere ad causam , velut effectum , nullum au- tem effectum esse posse sine causa ; et quamvis causa et effectus sine correla- ta , quorum neutrum sine altero nomen suum tueri potest , quamvis id quod effectum producit , tum deum , quan- do agit , causa audiat , simulque ita id etiam , quod ab ea producitur , effec- tus nominetur , causam tamen nihilo- minus tum ratione existentiae tum causandi potentiae anteire . Re- spondeo : distinguendum esse inter
causam

causae et effectus considerationem obiectiuam seu Metaphysicam atque subiectiuam, nec non inter ipsum principium et ordinem modumque cognoscendi, ibi causam esse priorem nullus diffiteor, hic nego. Eo ipso scilicet, quod Contingens ad Causam respicit, haec habito ad nostrum naturalem cognoscendi modum ordinemque respectu, posterior est, illo; nostra quippe cognitio a posteriori saltem incipit, atque ab effectu ad causam argumentatur. Si instet dissentiens, urgeatque, subobscuram causae ideam iam ita argumentantis prae occupasse animum, minus licet aduertentem, quod sine ea nec contingentis notio sit possibilis; regero, eundem non posse ad causam transire, nisi certior sit, se esse effectum, a quo, ut jam dictum est, causa demum suam sortitur denominationem. Contingentiae proinde si hoc cedendum est loco, intellectui humano tribuatur oportet cognitio a priori, eaque non acquisita sed implantata, adeoque ab exilio revocandae sunt ideae cum ipso natae.

§. VIII.

*Argumen-tationis
Protopla-*

Quodsi igitur ratiocinando in Summi existentiam Entis Protopla-

toplasti inquisuerunt , sequen-
tem circiter in modum (quin ^{de causa} _{orum ea}
multo concinnius perfectiusque,
nec , ut ingenue fatear , tantis co-
gitationum verborumque amba-
gibus) processit utriusque ar-
gumentatio : Unde sum ? Et un-
de haec omnia ? Unde tam affa-
bre , tam mire , compacta , tam
venusta corporis huius machina ?
unde , qui in me sentit , qui cogitat ,
qui intelligit , qui iudicat , qui
vult , qui sui et aliorum extra se
sibi conscius est , qui corpori im-
perat , et ab hoc viciissim limita-
tur , spiritus ? unde hoc eorum
vinculum , hoc commercium ?
unde hic inter utrumque concen-
tus ? unde haec , quae oculis meis
undique ridet , qua stupefio , re-
rum multitudo , unde haec ea-
rum varietas , haec concinnitas ,
haec pulchritudo , haec harmo-
nia , hic ordo ? Fortuito certe
tanta tantae artis ac sapientiae o-
pera haud quaquam sunt orta .
Quo magis , quo actius vel in me
ip.

ipsum, vel hanc rerum universitatem intueor, eo plus illarum eluet. Neque vero necessaria est haec mea existentia, alias semper ante extitisse, nec esse unquam cœpisse. Nec quid horum, quae supra me video, causa mei esse potest. Non sunt ea, nisi corpora, quorum præstantissimi, solis nempe, radii, opposito alio corpore intercipiuntur, quo minus quaquaversus diffundantur. Quae me circumstant, vel pedibus meis calcantur, tantum abest, ut melioris me sint conditionis, ut suppetant, unde me præstare, hincque nobilioris esse ortus, certior fiam. Nec tandem me ipsum ipse produxi; huius quippe actionis mihi non sum conscientius; ne dicam, quod absurdum, et contradictionem, quod sic fuisset simul et non fuisset, extitisse ante quam extitisse. Idem non potest non quadrare in haec, quae extra me sunt, uniuersa et singula. Ut enim aeque

aeque impossibile est, suorum
haec ipsorum esse causas , ita et
in iisdem contingentiae plena
sunt omnia. Est igitur Ens supe-
rius atque excellentius , in quo
nostrae utrinque tum existentiae
tum essentiae ratio sufficiens quae-
renda. Entis huius quotquot
prostant opera ineffabilem argu-
unt sapientiam, ineffabilem poten-
tiam , hinc est Spiritus intellectu
atque voluntate κατ' ἔξοχην pae-
ditus ; idemque rursus aut ab alio
dependet , aut non. Si illud ,
progressus fieri posset in infini-
tum, quem ut approbet , a ratio-
ne mea impetrare non possum ;
si hoc , rationem et existentiae et
essentiae suae habet in semet ipso,
hincque est necessarius et absolu-
tissime perfectus. Cum Eius
Solius beneficio aeque ac haec
omnia existam , & sim quod sum,
hinc non possum non cum illis
eodem conseruari , hinc Eius et
ego subsum imperio , hinc a
me nulla non obsequi; specie, nul-
la non laude et gratiarum actione

B colen-

colendus. Adoro Te proinde o Creator Potentissime , Creator Benignissime , Creator Sapientissime ! Adoro Te o Spiritus mei finiti Spiritus Infinite , sensus meos quidem latens , ubique tamen et in omnibus operibus tuis , de Maiestate tua tam magnifice testantibus , praesens ! En gratam Tibi mentem , en gratum pectus , en gratum os , grata , quae in me sunt omnia ! Uror te fruendi desiderio ! O si &c. &c.

Obiectiones Objici posset hanc primorum diluuntur. hominum meditationem , excludere *Nec mate-* quidem rerum compositarum , non *ria nec ele-* dictorum ita elementorum et materiae *menta ita di-* vel aeternitatem , vel fortuitum ortum. *ta fortuito* Sufficeret autem hoc loco demonstras- *sunt orta ,* nec gaudent le Deum esse , qui mundum constru- *aeternitate .* xit , atque coordinavit , spreta illius absurditate figmenti. Ne tamen diffiden- tiae causae silentium hoc tribuatur , hac vice tantum notetur , fortuiti inanem esse vocem , incuriae hominum , imperitia eque natales suos debentem , qui scilicet , ubi manifestam hujus vel illius contingentis effectus causam non vide-

viderunt, fortuito eum casui tribuerunt, cum revera ne pilus quidem capitis decidat sine ratione sufficiente. Ipsa huius vocis definitio eius patronos (in quibus viros etiam fuisse alias eruditissimos, mirandum in modum nunquam non miratus sum) ludibrio omnium atque cachinno exponit. Est enim fortuitum id, quod nec intra nec extra se causam ullam vel rationem sufficientem existentiae suae habet. An non Anticyram relegandus, quem ita insanire non pudet? Speciosius est aeternitatis commentum; ast quicquid est independenter (utor hac voce ad omne praescindendum dissentientibus refugium, possilitas mundi aeterni inter miras contradictiones mihi licet maxime mira uideatur) aeternum, sui semper est iuris, nec ab alio limitari et in corpora cogi potest; ut taceam ceterarum Entis aeterni praerogatiuarum, dictis excellentiorum. Incisis ita nensis numquid pluribus opus est ad prosterendum prosligandumque hujusmodi spectrum?

Obiici insuper posset, tantillo temporis Protoplasterorum rationem vix natam ita argumentari nequivis-
se, cum ea intellectus humani sit

*Adamira-
tio tali ar-
gumenta-
tioni par-
fuit.*

B 2 indo-

indoles , ea conditio , ut non nisi
comparato , sensuum ope , idearum
thesauro , {et post frequentia eaque
simpliciora ratiocinia habitum acquirat
longiorem veritatum nexum perspici-
endi , nedum excogitandi , cumque
exercitatissimus quisque Philosophus
hanc illamue demonstratus veritatem
opus habeat praeparatione , temporis-
que mora . Nullus inficias eo , hanc
communiter esse humani intellectus
naturam , alterumque ex altero con-
cludendi facultatem , usu demum per-
fici in iis , quibus cum corpore ipse
quasi adoleſcit intellectus ; & qui a
parentibus nascuntur anima eaque ac
corpore imbecillibus ; ast contra velim
perpendatur , illos , ut ita dicam , ex
ipsa Divina immediate prodiisse offici-
na , utque organis sensoriis jam adul-
tis , animaeque ministerio aptissimis ,
ita & earum partium vel possibili in-
structissimos fuisse perfectione , qui-
bus ipsa mens opus habet operationes
suas legitime exercitura , viribusque
suis jam plenis & confirmatis (non ut
jam monui , succrescentibus , ceu in
nobis solet) ita usum esse intellectum ,
eumque veritatis quam maxime capa-
cem , nec inanibus scilicet sterilibus
que praeoccupatum ideis , nec ullis
obnu-

obnubilatum depravatumque præjudiciis, anima simul ab omnibus affectuum tum inordinatorum tum effrenatorum perturbationibus libera; ne dicam illos praeter voluntatis sanctitatem, perspicacitatis etiam in statu integritatis p[re] nobis haud exigua gauilos esse praerogatiua.

Plana est et breuissima ad veritatem vere utilem via, eaque illius ipsius radiis ita collistrata, ut intellectus hanc insistens non possit non ad eam peruenire. Quod autem homines plerique omnes ab eadem toties aberrant, plures sunt tum intra ipsummet tum extra causae. Obiectorum quippe nunquam non in sensu incurrentium tantumta multitudine atque diversitate jam Cur ab ea tot homines toties aberrent.

a teneris cum obruantur, intellectus autem non solum ratione in ipso pululidente, sed et suscrescente ideas eorum obscurius perceptas tum plurimam partem confundat, tum sinistre con- et seiungat, peruerseque de iis iudicet, cum isti illius errores accedentibus vel institutionibus vel exemplis aliorum, eadem labo infectorum, non corrigantur, sed foueantur potius confirmanturque, ecquid mirum est, quod idem ille maturitatem licet na-

B 3 etus,

Etus, ast ita corruptus deprauatusque
 veritatem per se claram tam difficulter
~~Haud pau-~~
~~cae Verita-~~
~~tes nuda-~~
~~sunt clario-~~
~~res.~~
 perspicit? Neque porro negari potest,
 multarum veritatum, nudarum atque
 naturalium, longe faciliorem esse co-
 gnitionem, quam vel subtilitatibus Me-
 taphysicis implicitarum, vel false et
 ambagiosae demonstrationis fuso adul-
 teratarum. Quot quaeſo veritates
 vitae ſalutem promouentes (quotidia-
 na teste experientia) hic vel ille ex
 infima plebis ſentina, institutione qui-
 dem rudis, at naturali pollens iudicio,
 uſuque exercitatus felicius citiusque
 perspicit, quam nonnulli Metaphysici
 transcendentales, quorum totum ce-
 rebrum tot Haecceitatibus, tot Enti-
 tatibus, tot Identitatibus, tot Quid-
 ditatibus, etc. etc. (Terminis quidem
 in ſe necessariis ſuaque laude loco ſuo
 dignis) nec non tot Possibilibus, ex
 tot Possibili-impossibilibus mundorum
 systematibus partim accersitis, (quasi
 vero noſter mundus ita ſterilis eſſet
 veritatum, vel quaſi harum Oceanum
 jam quaqua verſus et in latum et pro-
 fundum emensi eſſent, iisque hinc
 velut Alexandro Magno, vel Regi illi
 Hispanorum, fastu utrique turgentι,
 unus non fuſſiceret orbis! qua fin-
 gendi arte olim excelluerunt ſic dicti
 Schola-

Scholastici inaestimabiles tot horas ,
 quarum pars quaelibet , ut Leibnitia-
 no utar prouerbio , pars vitae est , tam
 futilibus nugis impendentes , negle-
 ctis interim tot veritatibus et scholae
 et vitae utilissimis) tot inquam subtilita-
 tibus nullius usus quasi tot zizaniis spi-
 nisque , obsitum est , ut veritas inde
 non possit non vel in ipsa herba suffo-
 cari , vel exsucca et immatura dege-
 nerare , vereque illis contingat illud
 Poetae : Infelix lolium steriles domi-
 natur auenas .

Veritatis insuper pestis est , qui Pestilens est
 hodie magis magisque (eheu !) in omnia
 ualefecit , ut omnia sciendi , ita et de sciendi et
 monstrandi pruritus (qui posterior demon-
 nifallor , in Disputatione eo nomine strandi
 scripta ab acutissimo Baumeistero ca-
 stigatus est) et quidem e Principiis vel
 petitis , iisque falsis et fallacibus , vel
 veris quidem , at perperam applica-
 tis ; ubipro vera causa pro vero effectu
 venditatur , quin audacter obruditur ,
 quicquid possibile est , ubi pro impossibili
 habetur , cuius ratio sufficiens ,
 quamuis rei ipsi non desit , nos latet ;
 ubi veritates Mathematicae cum Phy-
 sicas et Metaphysicas confunduntur .
 etc. etc. Vereor , vereor , ne optimae

B 4 quae

quaeque veritates ita pereant, et ne
putaminibus studiosius collectis nu-
cleum amittamus, et carbones thesa-
ri loco obtineamus, vel (ut similiter
in proverbio est) pro Iunone nubem
amplectamur. Is autem non sum, cui
Demonstrationibus, quales Virorum
omni laude maiorum passim prostant,
et quarum usus sat aestimari nequit,
solidis atque legitimis dicam hic scri-
bere sit propositum.

*Simile buc
quadras.*

Liceat mihi et hoc loco Simile
rem totam haud parum illustrans in sce-
nam producere. Vitrum purum sibi
relictum objecta legitimae distantiae
clare oculis repraesentat, impurum, vel
fucatum, coloratum nempe, eadem vi-
tia, obscuratque. Ratio humana quam-
uis naturalis, usu praecipue exercitata,
veritates sphaerae suae vere necessa-
rias utilesque sat clare perspicit, prauis
educationis ideis atque exemplorum
praeiudicis corrupta perperam eas in-
tuetur. Vitrum arte politum praepa-
ratumque objecta non tantum fideliter
refert, sed et distinguit; quid? quod
remotiora, nudunque oculum latentia
ostendit, et proprius adducit; alio mo-
do et quasi dolose idem tractatum at-
que praeparatum (hic licet dolus ars
fit

fit egregia, cautisque gratissima) in-
cautis imponit, alienas mentitur figu-
ras, rem veram aut tot inter falsas eius
speciem referentes abdit, ut vel Argus,
doli nescius, fallatur, aut omnia con-
fundit, immo res vicinas ultra vius
sphaeram transfert. Institutio legitima
demonstratione solida, verisque su-
perstructa Principiis utens, rationem
acuit, ut non de praesentibus tantum,
distinctius perspectis, naturae ipsorum
conuenienter iudicet, nexumque eo-
rum tam inter se tum cum aliis intimi-
us intueatur, sed et veritates remotio-
res, alioquin ignotas; quasi vicinas
contempletur. (Optione tamen hic op-
pus est, et Subjectorum habendaratio,
methodusque demonstrandi captui eo-
rum accommodanda; non omnes enim
omnia pari modo et facilitate addiscunt,
prout haec istos, illa illos perspicilla
oculos magis iuvant.) Peruersa insti-
tutio, falsisque insistens Principiis, vel
vera male applicans, perperamque
hinc demonstrans, necessario fallit
credulos, figura pro veritatibus, of-
fert, vero tot falsa immiscet, ut vix a
perspicillimo deprehendatur, omnia
confundit, vicinas veritates vitioso
circulo, ita remouet, ut tandem eu-
nescant, per se claras ita obscurat, ut
quasi per transennam aspiciantur.

§. IX.

*Post Proto-
plastos om-
nis de exi-
stentia Dei
notitia ex-
traditione
est.*

Ast diuitius iusto (cuius veni-
am peto) extra oleas vagatus re-
stentia Dei ideo in eam, unde digressus sum,
viam, eademque ratiocinandi
methodo (quae sc. de Protopla-
stis dicta est) succedentes illis ho-
mines Summi notitiam Entis sibi
comparare quin potuissent, etiam-
que nunc possent, afferere nullus
dubito. Quid? quod, cum suc-
cessive et subinde plura hunc in
finem innotuerint argumenta,
confirmatis simul iis; quorum
ab initio, vix nato scilicet mun-
do, tantae vires esse non potue-
runt, eoque illustrior redditia sic
haec veritas, facillima opera,
facillima attentione eam ipsam
perspicere utique potuissent. Ve-
rum enim vero alia, eaque tum
planiore tum breuiore illorum
posteri ad hunc usque diem ad e-
andem via peruererunt, via pun-
ta traditionis. Ecquis enim du-
bitaret, ab iis hosce iam teneros
hac

hac notitia esse imbutos , aequē
ac cultus Creatori praestandi mo-
do , simul tamen monitos , ut
intruendo tot ac tam praeclara E-
ius opera de dictorum fide at-
que certitudine ipsi conuincerentur.

§. X.

Docti deinde a parentibus
bonae frugis liberi , eorundem-
que Deum colentium exemplis
incitati , quin huius ipsius conuer-
satione atque familiaritate vel ipsi ,
aeque ac parentes , gauisi , vel
saltem de ea his concessa certiores
redditi , quo potuerunt studio in
suos etiam (quorum quidem
plurimi subinde , ut fit , degene-
rarunt) quicquid de Deo scire et
credere , quicquid Eiusdem cau-
sa tum agere tum omittere eos
deceret oporteretque , propaga-
runt ; malis (eheu !) mox magis
magisque a via hac regia defle-
ctentibus , doctrinamque de Deo
par-

partim incuria socordiaque obliterantibus, partim admixtis paleis adulterantibus atque corruptis, ipsumque cultum Soli Creatori praestandum pessime et pessimo exemplo in creaturas transferentibus, ita ut, si fide dignus sit Phoenicius ille Sanchuniathon, vel quisquis sub eo nomine latet, iam secunda ab Adamo generatione, solem, quinta columnas et saxa, nona statuas et viros rerum gestarum gloria illustres, diuino honore caeci homines prosequerentur. Immo secundum famosissimum illum paris fidei librum, (cuius Auctor Zoroaster ille fuisse nonnisi ab iis, qui crasso sub aere nati sunt, creditur) aliis Schäster, aliis frequentiusque Zend dictum (qui apud Baenianos seu hodiernos Brachmanes, tanquam diuinitus acceptus in summo adhuc pretio est) imaginum cultus iam primi hominis filium, cui Ponrous nomen ibi imponitur, habuit Auctorem

etorem, haecque etiam nequitia
ad interitum hominum diluvio
uniuersali viam aperuit. Conf.
Arth. Youngis Disquisitio Hist.
de Religione per idolatriam
corrupta etc. a Io. Conr. Mœn-
chiorum ex lingua Angl. in Germ.
translata, et cum praefat. prae-
stantiss. apud Saxo-Hal. Theol. D.
atque PP. Baumgartenii, edita,
part. I. Sect. I. §. 1. pag. 7.

§. XI.

Magis proinde magisque *Corrupta
est magis*
obscuratus est verus de vero Deo *magisque*
sensus, magis magisque inualuit *haec noti-*
ille creaturarum cultus. Deo e-*tia, collapsa*
nim plurimos hominum sceleri-*simul religi-*
bus inquinatos alloqui dignato*one, rerum*
procul dubio non defuerunt, qui *contrapoti-*
inclarendi causa apud credulos
mentiti sunt habita cum Eo collo-
quia, (qualia posteris temporis
Hermes ille Aegyptius,
memoratus supra Zoroaster, pu-
rius forte ob religionem veram
ibi

ibi tum notissimam , de Deo sentiens , nec mendaciorum de eo vulgatorum reus , Numa Pompilius , Romanarum , Lycurgus , Lacedaemoniarum , et Zamolxis Geticarum Legum conditores , Chinensium Confucius , Xaca , et alii huius furfuris plures gloriati esse partim fabulose perhibentur) eorumque praetextu hanc illam- ue corruptelam induxerunt . Fuerunt , qui cœlestium splendore corporum seducti , Deum ea in- habitare vel ea ipsa tot Deos esse stupidi crediderunt . Fuerunt qui destinata malitia pii Dei veri cultoribus insultaturi deastros a- dorarunt . Huc accedunt mysta- rum superbia , auaritia , et alia scelera plura , nunquam non ple- bis ruditatem atque supersticio- nem quaestui habere solita ; nec non nouitatis amor , seque ab aliis distinguendi pruritus , vis potent- iorum , adulatio , praua aliorum exempla , rationes quaedam po- liticae , insana in defunctos pic- tas ,

tas, ususque peruersus notitiae
de animarum immortalitate a ma-
ioribus subinde traditae; qua so-
lum via huc usque ad omnes gen-
tes Reuelationis (omnes dubita-
tionis nebulas et nubes discuti-
entis, animumque certiorem red-
ditum tranquillantis) expertes,
procul dubio peruenit, mansit-
que, tum ob rationes eius varias
a ratione humana, quamuis col-
lapsa, reitam gratae intenta sub-
inde perspectas, plurimam qui-
dem partem non nisi incorruptibi-
litatem, ab ente finito tutam, o-
mnibus atomis communem, vel
ad summum immortalitatis veri-
similitudinem, atque probabi-
litatem animo anxio minus satis-
facientem, arguentes, (qualibus
meliores nostrorum ratio Philo-
sophorum vix nosset, nisi et ipsi
rem ipsam a teneris perceperissent,
et nisi illa etiam clarissimo Reue-
lationis Diuinae lumine, ipsis li-
cet non sentientibus, vel diffiten-
tibus esset collustrata) tum ob
ipsum

sen-
e eo
om-
us,
lxlis
es,
, et
riati
tur)
am-
ues-
ore
in-
esse
unt
veri
s a-
sta-
alia
ple-
tio-
nec
aliis
en-
um
po-
cie-
,

ipsum animae sui destructionem
auersantis perhorrescentisque in-
finitae uitae desiderium.

*Hypothe-
seos de Ani-
marum im-
mortalita-
tis notitia
per traditio-
nem propa-
gatae inno-
centia.*

Hanc meam de animae immorta-
litatis notitia, non nisi traditionis riuo
ad gentes omnes delata hypothesin ne-
quis ante erroris et Rationi et Fidei
aduersi postuler, quam aequa utrius-
que lance ponderauerit, obficio. Ser-
mo quippe hic non est de Principio
ipso Veritatem hanc tam necessariam
cognoscendi (nec de tot probabilitatis
maioris minorisue argumentis, ea jam
auditu percepta nunquam non a Ra-
tione ipsorum etiam emunctioris naris
ethnicorum cultiore perspectis, multo
minus de iis, quibus conatu opera-
que egregiis auroque contra non caris
Recentiorum nonnulli memoratam il-
lam de animae nostrae immortalitate
probabilitatem, praelucente, ut iam
dictum est, Reuelationis coelestis fa-
ce, ita perfecerunt, ut altius scandere,
vel sublimius potius volare, ra-
tioni vix possibile sit, obturato simul
nefariorum blaterorum cum volupta-
tibus suis sceleribusque veritatem hanc
tanti aestimandam conciliare ne scien-
tium, hincque eam negantium, hinc
calumniantium, pecorumque more in-
terire

terire et optantium , et , at frustra ,
 sperantium , ore sed de modo , quo
 gentibus omnibus innovuit . Num
 quaeſo dubitari potest , Protoplastos
 in ſpe iſta , quin fiducia , (de animarum
 puta ſuarum immortalitate) ſuae ipſo-
 rum rationis viribus intellecta a Be-
 nigniſſimo Deo confirmatos certiores
 que redditos , posteris ſuis iam ante
 eam tradiſſe , quaſrationis uſu pol-
 luerunt ? Num dubitari potest , eos
 (quod autem de Protoplastis hic af-
 firritur , idem de primis etiam orbis ter-
 ratum poſt diluvium illud incolis af-
 firmari procul dubio potest) qui Theo-
 logia , eaque , ut ita dicam , tum poſitia
 ua tum morali ſuos imbuerunt , for-
 tissimum ad pietatem incitamentum ,
 doctrinam nempe de animarum im-
 mortalitate connexamque cum ea de
 praemiis bonorum poenisque malo-
 rum tenis articulum ſimul addidiffe .
 (Religioni etenim quamvis aliquis
 locus eſſet , ſi de animae immortalita-
 te non conſtaret ; quod et hanc vitam
 Dei ſoliuſ beneficio vivimus , atque
 dum ſpiramus , ab Ipsiſus nutu impe-
 rioque dependemus , nec non in hoc
 mortalitatis theatro Eiusdem illius ut
 ſperandus eſſet bonis amor , ita me-
 tuenda ſcelestis ira atque vindicta ,

C

tar-

nem
 e in-
 ort-
 riu-
 in ne
 Fidei
 riūs-
 Ser-
 tipio
 riam
 tatis
 jam
 Ra-
 maris
 uolto
 opera-
 caris
 m il-
 litate
 iam
 s fa-
 nde-
 ra-
 mul
 pta-
 banc
 ien-
 ninc
 in-
 ire

tarditatem supplicii grauitate poenae
baud raro compensans , illique hinc
impune peccandi licentiam stolidissi-
me sibi gratularentur , id quod mortes
persecutorum a Christianorum illo Ci-
cerone , praelatissimoque Veritatis
Coelestis defensore , Lactantio , de-
scriptae luculenter testantur , quod
confirmatur notissimis his Poetae ver-
sibus :

*Ad Cereris generum sine caede et san-
guine pauci
Descendunt , pereunt nec sicca morte
tyranni ;*

quamuis nihilominus sint , qui nec vitae
immortalis calcari ad virtutem per se
jam amandam extimulantur , nec orci
minis a malo arcentur ; certissimum
tamen est , malos haud paucos judicii
futuri aeternarumque poenarum metu
refraenari bonos contra nulla non huius
vitae taedia aeternitatis fretos merce-
de spernere ; prout quod tot probi hu-
ius vitae nulla auferunt praemia , atque
calamitosissimum eius iter misera saepe ,
eaque immatura , morte claudunt ,
pessimi contra nebulones nullis non
ingurgitatis voluptatum deliciis an-
nosic canique , poenae loco , placidissi-
mam

Imam obeunt mortem, Iustitiam Di-
vinam non posse non mutata vitae sce-
na hos punire, illos que remunera-
re certissimum est. Inde vero longe
multoque maiorem reddi fortiorum
que ad Religionis officia hominum
obligationem ecquis, nisi Cyclops,
non intelligit, conuinciturque?)

Quod si autem pii, Sacrorum-
que puritati studentes immortalitatis
animaे doctrinam traditionis ope ad posteris suis
suos quisque posteros propagarunt, tradide-
cūr ethnicos non obstante Religionis rant.
verae ruina veritatem saepius dictam,
humanae menti tam gratam caramque,
quamvis pro more suo deturpatam
corruptamque, suis etiam successiue
et subinde tradidisse negemus, pro ut
ipsam de Deo, de Sacrificiis ei offe-
rendis, de Expiationibus peccatorum
etc. etc. notitiam, quae quippe ex eo-
dem illo fonte, ex quo limpida ad pios
solo fluxit arenoso, coenoso contra, ma-
gis magisque limosa putrisque ac fo-
tida ad profanos illos manavit. Tra-
ditionis autem canali ad ethnicos etiam
C pios enim ad hanc usque diem ita
accepisse, ipsa eorum pietas credere
nos iubet, Ratione deinceps atque
Reuelatione illam non solum proban-

C 2 tibus

tibus sed et argumentorum solidorum
inuictorumque aereo quasi muro ad-
uersus omnes proteruorum insultus
munitibus) nisi deriuata est, quo alio
modo ad eosdem peruererit, me ne-
scire profiteor. Persuaderi certe nun-
quam mihi patiar, homines (ne di-
cam omni Reuelatione destitutos) vero
rationis usu non pollentes, tam longae
pares esse argumentationum seriei,
qua ad aliquam saltem toties memora-
tae immortalitatis probabilitatem ratio-
vel exercitatissima opus habet. Imperare
mihi non possum ut credam, eos qui tam
sceleta detestandaque se polluunt ido-
tem tam ar-lolatria, hac ipsa detestabilius, sic-
duam inue- que omni se abdicasse veri amore haud
nire nequi- immerito videntur, veritatem tam ar-
wisset. duam et (quod bene notetur) sine En-
tis Supremi perfectionum agnitione
notitiaque cognitu impossibilem a se
ipsis addidicisse.

*Ethnico-
rum ratio-
corruptissi-
ma verita-
tem tam ar-
lolatria, hac ipsa detestabilius, sic-
duam inue- que omni se abdicasse veri amore haud
nire nequi- immerito videntur, veritatem tam ar-
wisset.*

*Tarpis Ien-
tiuum Me-
tempsycho-
sis.*

Num, amabo, credibile est (ut
tot aliarum nunc taceam) genti illi
innumerabili, per plures diffusae plu-
rium regnorum tractus, Ientium no-
mine notae, ingenio partim ac arte
vix ullis aliis cedenti, nullum animans,
ne vilissimum quidem insectum ne-
canti, multo minus comedenti, ne
maiorum suorum quemquam interi-
mat

mat deuoretque verenti, hincque
animatorum credenti migrationem, ast
Pythagorica illa longe abominabilior-
rem, (dum quippe, nisi fama totque
itineraria mentiuntur, vaccae, Diuino
apud eos honore dignae, ad fato fun-
cturi lectum stragula pedibus supposi-
ta ductae caudam manibus illius tra-
duant apprehendendam continendam-
que, eum in finem, ut spiritus a cor-
pore suo extorris protinus, foedo
quamuis tramite atque itinere, ad et in
bubulum feratur capitolium, perque
huius oculos, quasi perfenestras, tum
consanguineos, tum amicos congrega-
tos, eosdemque ululantes plangentes-
que suauis aspectu soletur, tum alia qua-
uis obiecta externa denuo et mutato
ita vultu contempletur etc. etc.) ratioci-
nationis ope animatorum innotuisse im-
mortalitatem. Rationi proinde quin
se probet Hypothesis tali uestitu (mi-
nus quamvis comta atque exornata)
in scenam a me producta, non est quod
dubititem. Ut autem Fidei nostrae San-
ctissimae atque Religioni aduersetur,
tantum abest, ut potius pro iis ipsis
militare mihi saltem videatur. Cum Probabili-
enim animae immortalitas maximi sit tatis eius
veritas pretii atque momenti riteque rationes.
exposita acutissimae etiam rationi, vel

Nec Ratio-
ni nec Fidei
Hypothesis
ista aduer-
satur.

C 3 in ui-

inuitae, (quamvis subdubitanti, vel potius miranti) assensum, ut ita dicam, extorqueat; cum non nullorum, eorumque partim Philosophorum, non tam absurditatem, quam impossibilitatem illius accusantium, animae autem naturam, Deique virtutem se ignorare ita profitentium, quamvis iudicio alias non carentium, contradictiones indicio sint, notitiam dictam rationi praeiudiciis captae (ut natura plerique omnes sumus, atque sine Revelatione nunquam non foremus) fraud ita facilis esse inventionis; cum hac non obstante difficultate nullae non gentes (teste ipso Seneca Ep. 117.) vel rudissimae aliqua eius potitia gaudeant, cum ita sequatur traditione seu a maioribus seu aliunde accepta eandem subinde esse propagatam, cum progressum in infinitum sana ratio nec hoc loco admittat, vel fuisse necesse est Ens quoddam humana ratione sublimius, a quo Protoplasti dulcissimae huius spei si non ipsam notitiam, eius saltem certitudinem acceperunt, vel eos ipsos illius esse inventores. Si prius, Ens hoc est vel finitum, vel Supremum illud Infinitumque, finitorum quorumcunque omnium causa, Cuius Solius tanquam Fontis atque Originis absolute necessa-

ria

ria est immortalitas , in Cuius etiam Solius ut Benignitate atque Iustitia ita et Potentia spirituum ab Ipso creatorum immortalitas suae rationem sufficientem habet existentiae ; si illud , indicetur oportet , quodnam sit , unde ipsum hanc notitiam hauserit , utrum sua sponte , an rursus superioris vel Supremi iussu eam Protoplastos veritatem docuerit , ut silentio nunc praeteream alia plura infinitis ob*lig*ientem difficultatibus intricantia; sin hoc , si nempe ab Ipso Deo , Quem dedecuisse , Quem noluisse , Quem nequiuisse creaturas suas intellectu praeditas de ea certiores reddere , mortalium nemo unquam et usquam demonstrauerit , ejusdem illius profecta est notitia , habemus Reuelationem , *Quin ad Reuelatio-*
nem. quae autem , quodcum animarum immortalitate immediate cohaeret , vel beatitudinis , vel damnationis aeternitas , non potest non simul continuisse , etiamque nunc complecti , tum actionum humanarum normam , voluntati Diuinae , malum aequa perosae , ac boni tenaci , exesse respondentem conformemque , tum media hoc fine hominibus necessaria . Sicque (et si ob festinationem ordinis , alio forte loco emendandi , argumentationum

*Manuducit
nos ad Ens
Summum.*

C 4 hic ,

hic, ut par fuisset, ratio haberi ne-
quit) pro Sacrae Diuinitate Scriptu-
rae haud ita contemnendum inde na-
scitur argumentum. In primis autem
immensus ille Optimi Creatoris Amor

*Immensus te-
stis est Di-
gini in nos
Amoris.*

Cuius ibi tot plena sunt paginae, hoc
modo mirum in modum elucet; Cuius
puta in more est, ut omnium misere-
ri, ita ea eligere media, et ita haec pa-
tēfacere, pro ut omni hominum acta-
ti, omni rationis eorum modulo,
omnique illius sub quacunque vitae ae-
rumnosae, eiusdemque seu crudioris
seu cultioris, tempestate conditioni
quam maxime conuenit; qui proinde
iam ab aeterno praeuisa hominum, post

*Accommo-
davit se ea
Benignissi-
mus Deus
ad imbecil-
litatem hu-
manam.
praecepit
post lapsum*

funestum illum deploratumque Proto-
plastorum lapsum, nisi omnium, sal-
tem plurimorum rationis sibi relictæ,
nec ulio modo excitatae, impotentia, vel
potius socordia inertiaque, quemad-
modum ipsam de Se Ipso cognitionem
atque Religionem, ita et tum pene-
transtissimum ad utramque stimulum,
tum simul suauissimam rerum aduersa-
rum, ipsiusque illius terribilium
omnium terribilissimi, mortis scilicet,
solarium, animarum puta immortalita-
tem, traditione propagari voluit; qua
vero haudquam rationis plus ultra
sistitur, neo excluditur illius ad Lydi-
um

um veritatis infallibilis, puta Reuelatio-
nis, lapidem probatio.

Si vero ad ipsos Protoplastos pri- Sua S.
ma referatur de tōies dicta atque de- Scripturæ
praedicata nec unquam satis deprædi- constat au-
canda immortalitate notitiae origo ctoritas si
(pros̄us licet indubitatem certitudi- dicta tradi-
nem sine ullo Reuelationis radio ab tio Proto-
plastos ba- eorum ratione esse perspectam addubi-
tem) ne sicquidem male agitur cum Sa- beat aucto-
cri auctoritate Codicis, sed elucet res.
exinde veritas fidesque Historiae ibi
traditæ de extra ordinario illorum or-
tu, nec non integriori perfectiorique
statu, de quo ad ipsos gentiles, de au- Etnici ob-
rea primorum hominum aetate felicis- scura de
simaque tum temporis conditione to- statu inte-
ties mentionem facientes, quamvis ob- gritatis et
scurata successiue traditionis via per- formatione
uenit notitia, (ut et de eorundem e- Protopla-
terra procreatione, cuius confusam storum eter-
nactæ traditionem vetustissimæ cele- ra tradicio-
berrimaeque gentes majorum suorum ne gauis-
e terra ortum iactabant, at vel sponte funt.
fortuitoque, vel siderum principis, pu-
ta solis, vi, terræ virtuti nupta, con-
tingentem, ideoque Autochtones sa-
lutarí affectantes; qua quidem deno-
minatione ii etiam gauisi sunt, qui in
hac illaue regione nati sunt, nec ali-

opus est.

C s unde

unde eo peruererunt, indigenae quoque dicti.) Sisto hic longiorem, quam mihi proposueram, excursionem, quae restant alio tempore propositurus.

§. XII.

*Collapsae
causae Re-
ligionis.*

Dei a scelestis nefariisque terrae incolis recessum, eorumque Religionis purioris neglectum contemptumque presso mox gradu secuta est malorum omnium Lerna, obortis simul atque ingruentibus tenebris illis plus quam Cimmeriis, sub quibus miserimi eorundem posteri adhuc (eheu) caligant.

*Ethnicif-
mas denuo
metuendas;
quin iam in-
gruit.*

Ethnicismus, tum subtilior, qualis Philosophorum veterum fuit, tum crassior et plebeius, haud paucis in locis hodie reuiuixit, magisque ac magis cuniculos agit ad sub vertenda Religionis Christianae fundamenta. O quot eruditii, eorum etiam, qui illam, exercitii, et politicarum rationum ergo defendunt, veneno eius infecti sunt ! Tollantur Sacrae (quarum fastidium ubiuis fere terrarum palpatur) Litterae, ob uitiae impuritatem a plenisque

risque Deus jam recessit , tum quilibet sibi singet Deum sibi gratum , flagiis scilicet suis conniventer , quin iis delectantem , itaque non obstantibus paucorum Philosophorum demonstrationibus , (plures enim flumine isto nolentes , volentes , simul abripientur) cito citius foedissimus ingruet Gentilismus , mirabiturque mundus se tam subito redditum esse ethnicum , velut olim mirabatur se factum esse Arianum . Num forte priscus mundus caetero quin nostro fuit stupidior ? Certe profecto nisi Is , qui omnia nouit et qui omnia potest , praedixisset , immo promisisset , piorum , quamvis paucorum et constantiam et conseruationem , metus iste haud ita foret inanis . *Perronus*
Lectu digna est notatunque Cardinalis ^{pro et contra} *dicti cuiusdam eruditissimi atque* ^{tra Deum} *Celeberrimi , Perroni scilicet historia disputauit.*
 qui nempe cum quodam die coram Henrico III . (nisi IV . fuerit , cuius fruebatur , saepius autem abutebatur clementia) potentissimo Gallorum rege , primariisque eiusdem ministris de Existentia Diuina egregie perorasset , postridie pari se demonstratione contrarium , si regi allubesceret , probaturum auctoriter obtulit , aula ideo exulare iussus .
 ceu e Gisb. Voetii Part. II. Sel. p. 118.
 nec non desperata Causa Pap. L. III. Sect. 2.

c. 10. refert supra iam laudatus *Hebenstreitius l. c. Exerc. V. Thes. I. §. 1. in Schol.*
Atheismi ille ergo a nullo fere non male audit, famosissimo forte Atheo,
*Lucio, vel (ut per fastum nominari maluit,) *Julio Caesare Vanino*, non Me-
 dico solum, sed et Theologo, Iure con-
 sulto, Philosopho etc. etc. doctissimo,
Atheismi docendi disseminandique
*causa cum aliis tredecim Neapolitani emis-
 so; eiusdemque apud Parisienses Apo-
 stolatum nacto (variis licet pro Reli-
 gione Christiana editis scriptis, sub-
 tit. *Ampbitheatri aeternae prouidentiae*
Divino-Magici Christiano-Physici nec non
*Astrologo-Catholici aduersus veteres Phi-
 losophos, atbeas Epicureos Stoicos, qui-
 bus autem tam frigide argumentis Magi-
 cis atque Cabalisticis pro existentia Di-
 uina disputauit, ut causam destitueret
 potius et prostitueret; quali impostura
 usus quoque est nefarius ille *Bodinus*
in colloquio Heptaplomeres dicto, ubi
 quippe hostibus triumphantibus nun-
 quam non succumbunt Christianae
 Fidei causaeque patroni) haud ita longe
 ante eius obitum execta prius lin-
 gua e flammis temporalibus procul
 dubio in aeternas abrepto) familiariter
 usus. Tam ferax ea tempestate Gallia
 solummodo fuisse perhibetur Atheo-
 rum***

rum, ut eorum societas ad 60000.
millia assurixerit, immo una Lutetia
anno 1623. iam 50000. continuerit,
ubi in unica domo potueris aliquan-
do reperire duodecim, qui hanc ima-
pietatem vomebant, prout e Tholo-
losano et Merseno idem c. l. §. 7. He-
benstreitius tradit.

§. XIII.

In tanta, hominum plero-
rumque omnium caecitate, tam-
que perditis eorum moribus i-
psam de Entis cuiusdam Supremi
existentia atque Religionis obli-
gatione notitiam haud tamen
quaquam omnem dedidicerunt,
parentum quippe male feriato-
rum, nisi ipsa institutione, quam-
uis falsa, usi, eorum saltem, in
rebus angustis humanamque o-
pem spernentibus, ad idola sua,
caetero neglecta (ut hodieque a
pessimis nebulonibus aduersa for-
tuna quam maxime anxiis fit) con-
fugientium, exemplo docti, si-
milique subinde necessitate coa-

*In summa
etnicoorum
caecitate
mansit de
Deo et Re-
ligionis ne-
cessitate ali-
quanotitia,*

eti.

ben-
chol.
non
neo,
nari
Me-
con-
mo,
que
mis-
pa-
eli-
sub
tiae
non
Phi-
qui-
agi-
Di-
eret
tura
inus
ubi
un-
nae
on-
lin-
cul
ter
llia
eq-
n

Eti. Mirum interim est, quod
deletis per uniuersalem illam in-
undationem iustissimo Dei iudi-
cio factam, animantibus quibus-
cunque omnibus, ex tanta ho-
minum multitudine vix octo ab
idolomania vitaeque turpitudine
puri supererent, qui in nouum
quasimundum salui pertransirent.

XIV.

*Post dilu-
uium ad no-
stra usque
tempora
tradi-
tio-
nem
ope notitia
de Deo et
Religione
quamvis
manca et
impura pro-
pagata.*

Neque vero alio post diluui-
um dictum modo ad nostram us-
que aetatem tum pii, noua sub-
inde et pleniore Reuelationis luce
donati, tum impii, ocyus denuo
fungorum adinstat nati, Zizania-
rum autem multiplicati (ita ut
iam Abrahami tempore nunquam
fere non exularet, quin expiraf-
set, tum vera veri Dei notio, tum
verus eius cultus foedissima e con-
trario, quae ad posteros atcessio-
nibus subinde aucta transiit, et ad-
huc apud tot terrarum tot gentes,
(quarum plurimi magis ex con-
fuetu-

suetudine et ob res afflictas ad instar maiorum suorum aliquid adorant , quam quod Entis Infiniti Eiusque a mundo diuersi notio- nem, sua ipsorum culpa oblitterata- tam habent) grassatur, caput ex- tulisset idololatria) obtinuerunt de Ente Supremo , rebus omni- bus prospiciente , hincque reli- giose Colendo claram illi distin- ctamque , hi obscuram , confu- samque ac corruptam.

§. XV.

Frustra obiicitur , ita post *Potentia*
Deum ex
protoplastos vel defuisse potentia-
operibus
am illam e Dei operibus existen-
cognoscendi
tiam Ejus cognoscendi, vel deesse,
post proto-
cur eadem supersit , rationem
plastos non
sufficientem. Nego enim utrum-
que pernengoque. Ea nisi super-
efset , ne ratio quidem excitata
veritatem illam ita perspiceret.
Duplex autem praecipue, uterque
praestantissimus , eius est usus ,
quamuis ipsa hominum et incuria
et

et iniuria ubiuis fere gentium
quasi in puto latens. Dictae
quippe traditionis non solum ra-
tionem reddit sufficientem, ex ea
operum Diuinorum contempla-
tione hauriendam, illamque ita
confermat, sed et argumentando
ab operum praestantia ad opificis
excellentiam, Diuinae maiesta-
tem Naturae digito quasi mon-
strat.

§. XVI.

*Sapientiae
et Proui-
dentiae
Div. radii
inde luce-
lentissime
perspicua-
tar.*

Neque sine sapientissimo
Dei consilio clementissimaque
prouidentia traditio is est canalis,
per quem tanta illa veritas ad ho-
mines quoscunque omnes deri-
uatur. Cum enim rationis hu-
manaee ea post protoplastos sit
conditio, ut argumentari non
possit, nisi, ut et hoc loco ita
dicam, adulta, adultis scilicet,
quorum ministerio utitur, instru-
mentis, Deus autem serio velit, ut
a teneris iam agnoscatur colatur-
que

que , hinc ipsi placuit , hoc omnibus modo , traditione scilicet , primitus quidem patefieri . Cum porro mortalium plurimi et parentum , et eorum , in quorum consortio viuunt , suaque ipsorum culpa ita obbrutescant , ut potentia illa agere non possit , sibi reliqua et quasi somno sepulta , (quae est immensa eius misericordia) sapientissime et hac tenus se ad hanc illorum accommodauit imbecillitatem , ab omniscientia sua ante conditum mundum praeuisam , atque traditionem voluit primam ad se esse manudictionem , vel quasi stimulum ad illam in iis suscitandam , utque excusso hoc sapore in Ipsum inquirant , aque tot operibus indigitatum agnoscant , agnatumque ex eorundem praestantia aestiment , colantque . Quare etiam hoc negligentes , atque ipsas bestias ratione carentes , immo ligna et saxa ei praferentes , ut eo minus sunt excusabiles , ita et grauiori digni animaduersione supplicioque .

D

Fru-

*Nullam
hinc olim
excusabit
ruditas.*

Frustra proinde hic aut ille olim praetexet illiteratam suam ruditatem , eamque ob suae conditionem vitae , negotiorum puta multitudinem , ab omni medela abstractam , seriarumque hinc atque profundarum meditationum , seu ratiocinationum , haud capacem ; nam & huic Sapientissimus aequa ac Benignissimus Deus dicto modo prospexit . Audiuit scilicet jam a teneris Deum esse ; hac excitatum relatione hujus rationem veritatis non obstante illa litterarum inscitia , non obstante rationis imbecillitate , non obstante distractione , omnes Libri Naturae (cujus ad lectionem sensumque haud ita necessario opus est doctrina) paginae , quantum e re ipsius fuisse , docere potuissent , si vel minima illius , quam tot aliis vilioris momenti rebus , at sibi commodis gratisque , impendere solet , parte legitime esset usus , et nisi potius e contrario eius , quantulacunque polluit , rationis nerois omnes in idolomaniae turpissimae voluptatumque obscenissimarum exercitium scelestissime fatique ingeniose intendisset .

§. XVII.

*Sine tradi-
tione neisci-
mus cur* Nisi huiusmodi traditionem statuamus , ratio sufficiens allega-

ri nequit , cur ubique terrarum
vigeat aliqua de Summo Ente no-
tio , atque Religio , cur gentes
omnes , ceteroqui mirum quan-
tum discrepantes atque inter se
data quauis occasione , vel temer-
re , depraeliantes , immo ipsa Re-
ligionis forma tam diuersae , in
hoc uno tam concordes tamque
unanimae nunquam non fuerint ,
etiamque nunc sint , stupidissi-
mae quoque et belluinam viuen-
tes vitam . Quid ? quod eadem
asserta vindicataque haud ita in-
ualido instructi sumus tum aduer-
sus atheos , tum contra Sacrae
Scripturae hostes argumento .
Cum enim , ut (repetendo iama
dicta) Aeliani de var. Hist. L. II.
c. 31. verbis . non nihil quidem
mutatis utar , nullus fere unquam
Barbarorum Atheismi labese pollue-
rit , cum isti non dubitent , num Dii
sint , nec ne , num nos et nostra cu-
rent , cum nec Indus , nec Celta ,
nec Aegyptius eos negent ; cum , ut
idem cum Romaniae eloquentiae

D 2 paren-

*omnes ipsa fact
que feri-
miae gentes
religione
aliqua gam-
deant.*

parente Cicerone L. I. de Leg. c.
8. eloquar , nulla gens sit neque
tam mansueta neque fera , quae non
etiamsi qualem habere Deum deceat ,
ignoret , tamen habendum sciat ,
nec non cum Seneca Epist. 117.
nulla usquam sit adeo extra leges
moresque projecta , ut non aliquos
Deos credat ; ut taceam Platonis
L. X. de Leg. et alibi passim , tot-
que aliorum a Mornaeo , Grotio ,
Huetio , Derhamio , aliisque pluri-
bus allegatorum loca) cum haec de
Deo notitia (ut iam pluries mo-
nui) apud eas quoque gentes vi-
guerit atque adhuc vigeat ; quae
rationi alias bellum indixisse , im-
mo eam eiurasse videntur , cum
putidissima harum idololatria ,
erassissimae de Diuina Maiestate
(quam tamen qui illam (Existent-
iam scil.) rationis ope intellexit ,
non potest non aliquo saltem mo-
do animaduertere) ignorantiae
testis , vetet , quo minus veritatem
toties memoratam ratiocinationi
earum tribuamus , cum exinde
potius

potius colligatur, institutionis atque traditionis a parentibus subinde aliisque seu voce seu exemplio acceptae subsidio, eam aequem ac de Sacrificiis, Expiationibus etc. etc. (quorum notitiam nec ratio quidem limatissima suis ipsis viribus adipisceretur) nunquam non esse propagatam; cum hoc pariter loco absurdus sit infinitum progressus, quaero ex iis, unde prima manarit institutio atque traditio, traditio veritatis, cuius ullam ostendere contradictionem nequeunt, quam universa rerum natura tot, quot sunt creaturae, oribus toto die proclamat, quis eius ipsius Auctor; utrum primi homines argumentando inuenierint veritatem hanc et suae et posteriorum saluti tanto pere necessariam utilemque, an ab alio Ente superiori etc. etc. Breuitatis causa ablego L. B. ad ea quae supra p. 38. et sqq. de immortalitate differui, quae quippe

D 3 omnia

omnia hic quoque *κατ' ἔξοχήν* lo-
cum habent.

§. XVIII.

*Protopla-
stos banc
traditionem
inxisse pu-
tidissima
atque impu-
dentissima
est calum-
nia.*

Ineptissime autem stolidissimi-
meque obiiceretur, Protoplastos
e suo ipsorum ingenio excogitas-
se hanc traditionem, ad posteros
deinceps propagatam. Aliud
quippe est, excogitare rem non
existentem, aliud rei vere quin
necessario existentis ipsam existen-
tiam rationis ope expiscari, atque
demonstrare, eiusdemque noti-
tiā aequē ac rationē sufficien-
tem aliis tradere. Excogitaue-
runt proinde non figmentum,
non rem probabilem sātem ve-
roue similem, sed veritatem, cu-
iūs ratio sufficiens tum intra tum
extra nos undique prostat, quin
palpari potest, eamque postero-
rum tradiderunt atque commen-
darunt memoriae fideique. Si
quis tamen, quisquis sit, huius-
modi calumniam tam stolide quam
nefa-

nefarie effutire perrexerit , re-
ete sentientibus idem persua-
dere annis , prius oportet era-
dicet sensum illum nullius non ho-
minis internum , seu conscientiam
de existentiae suae contingentia ,
hincque causae suae extra se neces-
sitate , extinguat tot cœli faces ,
ad Entis Supremi notitiam præ-
luentes , obliteret tot Creato-
ris in tot rebus imagines , com-
pescat tot voces Eum pronuncian-
tes ; et paucis ut multa dicam ,
omnes hominis sensus callo ob-
ducat ; quid ? quod deleta ratio-
ne humanam ei naturam omnem
exuat !

Dignus is certe est responso , quod Dignum
(ni fallor) doctissimus ille sapientissi- principe di-
musque Arragoniae pariter ac Nea- clum.
polis atque Siciliae Rex Alphonsus cui-
dam suo ministro et nobilitatis et di-
gnitatis aulicae praerogativa splendido ,
suadenti , ut omnes a se pelleret relegaretque eruditos , quondam deditissime
fertur ; indignabundus scilicet iraeque
plenus regessit : (arrigite aures Mu-
sorum harumque alumnorum osores !)
Eouis haec vox est , non hominis .

Non vacauit, arduum de consensu populorum pro existentia Dei argumentum plenius concinniusque pertractare , atque ita roborare , ut nulla non obiectionum tela infringat ; sequentium autem meditationum Sectio quaedam nisi tela retexta ordinatus curatiusque elaboratum tradiderit , supplebit saltem hoc illoue loco omisfa , minusque clara illustrabit.

§. XIX.

Institutio-
nis necessi-
tas primam
institutio-
zem Deo
ipso vindi-
cat.

Tum attentione tum accuratiore perquam dignum est inquisitione , maxime egregium illud atque haud ita obuium argumentum quod *Autor quidam anonymous* (*natione Anglus , fabulae* , (ut mihi quidem multis de causis videtur , vel procul dubio reuera est) *de homine , Automathes nominato* , extra humanum confortium adulatio et (aeque ac ille Arabicē atque tam docte quam eleganter descriptus *Philosophus a se ipso doctus* , post varias variarum linguarum versiones in Germanicam etiam translatus , a summo illo Philosopho

Iosopho, *Leibnitio*, in deliciis
habitūs, atque ad nonnulla ipsius
placita forte ansam largitus) suis
ipsius viribus (quo quidem asser-
to ille pessundat, quae post sta-
tuere allaborat) mirum, immo
stupendum, in modum eruditō,
p. 17. nec non 171. et 172. Vers.
Germ. tradit de necessitate insti-
tutionis humanae in rebus qui-
buscunque omnibus, ad salutem
eius temporalem aeq; ac aeternam
vel necessariis vel utilibus, ad
primam institutionem ab ipso Deo
aceptam concludens.

Haud ita leue huic pondus acce-
deret, si vero responderent, quae alii
referunt de hominibus forte fortuna a
teneris omni humana orbatis societate,
atque interferas adultis, eos nempe
brutam viuere vitam, nec rationis
quicquam edere, antequam in illam
(humana sc. societatem) recepti insti-
tuantur. Quod quidem posterius,
(clicet infantem vel nudum, vel brevis-
simae durationis linteis inuolutum,
alimentis destitutum, suis ipsius ex-
crementis squalidum, tot aeris iniuriis

D 5 paten-

patentem , tot ferarum insultibus ex-
 positum etc. etc. ita diu viuere , ne-
 dum adolescere posse , omnem mali
 fidem superare videatur) non potest
Mens hu-
mana simi-
lis est agro,
qui incultus
sterilescit. non ita fieri . Quemadmodum enim
 optimae ager indolis , & cultura , et
 sementi destitutus sterilescit , tantum-
 que abest , ut fructum ullum ferat , ut
 potius lolio zizaniisque suffocetur ,
 ita mens humana , institutionis expers ,
 atque rationis usu carens , non ob-
 stante saepius memorata eius tum in-
 telligendi tum judicandi facultate
 (prout agro etiam sua constat fertili-
 tatis potentia) obbrutescit , (unde socia-
 litatis societatisque a teneris necessi-
 tas sole ipso meridiano clarius elucet)
 & quo longius constantiusque haec
 eius inertia durat , eo difficilior eo-
 que tardius ob illas cerebri partes , qui-
 bus ad operationes suas ipsi opus esse
 plurimae eaeque luculentissimae ar-
 guunt rationes , usu maturo haud exer-
 citatas , vis ea illius se exerit , (unde
 idem ipsi contingit , quod agro diu-
 tius inculto) nec unquam postea
 tam capax redditur doctrinae atque
 eruditio nis , nec ita ferax ratiocinatio-
 num , quam quae a teneris est assue-
 facta . Cuius sententiae meae locu-
 pletissimam testem habeo experien-
 tiā
 nu
 au
 in
 tu
 tu
 cie
 ra
 qu
 et
 on
 po
 qu
 ta
 to
 qu
 ru
 O
 nu
 qu
 lo
 lit
 pu
 nu
 ne
 sta
 ma
 ru
 en
 tid
 art
 pletissimam testem habeo experien-
 tiā

tiam, qua quotidie obseruamus, minus institutos, minus sapere, sera autem institutione potitos frustra ad intelligendi atque ratiocinandi habitum aspirare; licet non negem, naturae beneficio esse, qui pauciori ac parciore informatione adiuti mox egregie ratione utuntur, ceu non desunt agri, qui vel obiter culti opimos edunt fructus. Eodem modo fit etiam cum omnibus, quae per corpus humanum possibles sunt, actionibus. Papae, quam immobiles sunt minus exercitatorum artus! quam inflexibilia (quasi toti ex uno tantum constarent osse) quam plumbea, quam tarda sunt eorum omnia! quam hic a Dauro superatur Oedipus, vel ipse Euchlides! Ponamus nunc, seu fingamus, hominum quotquot sub sole degunt, omnium singulos sine ulla institutione primum in soliditudine vixisse, post aliquid autem tempus coiuisse, num quaequo haec coitio, numerum conuersatio ullam inuoluit rationem eius, quae in mundo, non obstante tot gentium (suis tamen commodis studere haud ita ignorantium) eruditate, passim deprehenditur, sapientiae, torque, quo extant, et quotidie incrementa capiunt, scientiarum artiumque? Num quod quisque non

*Societas
ze antegres-
sa institu-
tione homi-
nes non erit
dit.*

ha-

s ex-
ne-
m-hi
otest
enim
, et
rum-
t, ut
tur,
pers,
ob-
in-
tate
tili-
cia-
ssi-
(et)
aec
eo-
ui-
sse
ar-
er-
de
u-
ea
ue
o-
e-
u-

habuit, aliorum nulli conferre potuit? Verissimum quidem est, societatem multa excogitasse, quae singulos latuisserunt; ast excitata deum ratione atque ad inuentionem disposita, limatoque ita simul politoque ipso etiam ingenio, cum pleraque omnes hominum inuentiones artesque non sint nisi quaedam imitationes vel operum naturae, vel inuencionum a majoribus acceptarum, vel ipsarum earum, quas sibi ipsis illarum ad instar inuenire contigit, concurrente cum ratione ingenio ad hos illosue usus hoc illoue modo subinde adaptarum mutatarumque, velut ex haud ita multis litteris aurea typographorum ars innumeros diversi argumenti libros concinpat. Ne dicam multa casu, praeter hominum putata opinionem atque intentionem, (diligente sapientissima Dei ad certos fines Prudentia) in mundum successive esse inuecta. Quis igitur homines primum instituit instruxitque? ecquis rationem eorum excitavit? Annon subinde a parentibus aliisue eorum vice fuisse id factum est? Unde autem, prima, primorum hominum institutio? Annon isti aut nobis perfectiores nulla opus habuerunt institutione, aut hanc ab alio Ente, eoque superiori atque perfectiori acceperunt? Annon ita lon-

ge

ge fuit alia multoque felicior eorum conditio , quam hominum quorumcunque omnium iis succedentium ? Anon utrinque statum integratis subiicit ratio ? Annon ita Sacrarum Litterarum eius mentionem facientium , causamque simul amissi allegantium stabilitur auctoritas ? Annon utrinque ad Deum ut recurramus necesse est ? Si enim ab Ente Superiori instituti sunt , hoc est vel finitum , vel infinitum , Ipse scilicet Deus . Si hic , decisa lis est ; si ens finitum , quod et quale id est ? Huius existentia cum non possit probari , in Deo , hominum Auctore , acquiescendum est . Quadrat et hoc suo modo quicquid supra p. 37. usque ad 41. circa cognitionem animae immortalitatis nec non p. 51. sqq. circa Notitiam de Existentia Diuina , utramque a traditions coepit , utramque tum de Sacrarum veracitate fideque Litterarum , tum de Deo luculenter abunde que testantem pluribus differui . Si autem ita Protoplasti fuerunt perfecti , ut institutione nulla opus haberent ; unde haec eorum perfectio ? Utrum a se ipsis an ab alio ? Si a se ipsis fuerunt independentes , hincque aeterni ; ubi autem sunt ? cur vitam cum morte commutarunt ? Alius hinc quaerendus est

est illius Auctor, isque infinitus; alias semper quaestio redintegratur; unde hic suam obtinuit perfectionem? Hinc et ista ad Deum ducit via. Non est haec nisi delineatio huius argumenti, eaque rudi Minerua festinantissime facta, alio tempore locoque pariter concinnius a me exaranda; quamuis optarem, ut rationi mea cultiori, nemquamque veritatum huc pertinentium ulterius intimiusque perspicienti hanc veritati tam arduae operam nauare liberet.

Non possum nunc quin similis fere notae argumentum similiter rude indigestumque paucis proponam, et ad huius quoque concinniorem demonstrationem iudicij acumine praestantiores meae quoque ipsius curiositatis causa exhorter. Notissima sci licet est nullius non hominis nascendi conditio; neminem fugit, quanta sit recens natorum miseria, quanta tum animi tum corporis impotentia; quantam parentum curam, quantam industriam requirant, donec et ratione et corpore suo uti quodammodo addiscant, donec adolescent; quaeritur ergo, cum in infinitum progressus seu circulus suo merito et hic exulet, cumque sic confidentibus ipsis apud Lactantium loco mox allegando quin huc transcri-

*Aha ad
Statum
Protopla-
storum in-
tegritatis,
buiusque
Auctorem
Deum per-
ueniendi
methodus
proponitur.*

scribendo ethnicis, non potuerit non extraordinarius fuisse primorum hominum, utpote parentibus destitutorum, ortus, qui et qualis fuerit, et quomodo contigerit? Num natuitatis eorum ratio sufficiens vel in iis ipsis vel in alio ente fuerit, vel utrum fortuito an necessario sint editi. Fortuitum supra p. 18. et 19. depexum dedi. A se ipsis natos esse, nisi mente captus, nullus unquam statuerit; fuissent enim simul et non fuissent; fuissent ut se ipsis producerent, non fuissent, ut a se ipsis produci potuissent. Si autem necessaria fuit eorum existentia, sui ipsius fuerunt iuris, fuerunt independentes, infiniti, aeterni etc. etc. Cur igitur euauerunt? Quae obitus ipsis causa? Si denique aliis isque extra eos allegandus est ipsis Auctor quis quaeſo hic fuit? Finitus ne an infinitus? Si finitus; indicetur, num ratione praeditus sit, nec ne. Si hoc; unde hominis ratio? unde, amabo, de ratione excellensſima testans, tam artificiosa corporis humani structura? Nihil certe eorum, quae sensibus nostris patent, ratione ac libertate gaudere intelligimus. Ridicula est, cuius iam bis allegatus *Lactantius*, de Orig. Error, L. II. c. II. mentionem facit,

Ethni-

Ethnicorum de primorum hominum aequae ac aliorum animantium nascendi modo narratio. *afferebant scilicet, certis conuersionibus coeli et astrorum motibus maturitatem quandam extitisse animalium ferendorum; itaque terram nouam semen genitale retinentem folliculos ex se quosdam in uterorum similitudinem protulisse, de quibus Lucretius* (L.V. v. 806.

Crescebant uteri terrae radibus apti,

eosque, cum maturassent ita babet mea editio Cellariana Lips. 1698. typis excusa; procul autem dubio legendum: maturuisserunt] natura cogente ruptos animalia tenera profudisse. Deinde terram ipsam humore quadam, qui lati esset similis, exuberasse, eoque alimento animantes esse nutritos; caloris autem frigorisque nihil nec ortui ipsorum obstitisse, nec vim tenellis intulisse, quod in principio mundi [quem ergo delirantes nibolominus crediderunt] non erant biems et aestas, sed perpetua temperies et veraequabile: Quod autem nihil horum postea contigerit, nec etiam nunc fiat, causam esse, quia semel fieri necessarium fuit, ut animalia nascerentur; postquam vero esse coeperunt, concessa bis facul-

facultate generandi, et terram parere de-
fuisse et temporis conditionem mutatam
esse etc. etc. quas nugas solide arguteque,
ut solet, noster confutat.) Si ratione in-
structus sit finitus humani generis Au-
ctor, demonstretur, qui et, qualis sit? Ast
quid multa? finiti est, dependere ab
Infinito suaeque ipsius rationem exi-
stentiae illi acceptam referre. Si proin-
de vel eius ministerio producti essent
Protoplasti, ad Ens nihilominus Su-
prenum Huiusque nutum eorundem
existentia redundaret. Cum autem
illud ratio nulla demonstrare possit,
non possumus, quin recta brevissima-
que via ad Ipsum Deum rerum omni-
um, ut a Cicerone salutatur Satorem
atque Seminatorem accedamus. Tri-
umphat et hoc modo Sacrae auctori-
tas Scripturae, non verum tantum pri-
morum hominum Autorem, sed et
extraordinariam eorundem natuitatem
indicantis docentisque. Confirmatur
insuper ita etiam eiusdem de statu In-
tegritatis Protoplastorum historia; que-
m putat facillima opera nemo non
ipse (ne mihi repetenda sint iam plu-
ries dicta) ex adhuc et hactenus di-
ctis eruere potest.

§. XX.

*Perperam
iudicant,
qui hanc
Hypothesin
damnant.*

Quod si nihilo tamen minus male quem habeat , exposita a me consensuS populorum omnium in statuendo credendoque Ente aliquo Summo , Eodemque religiose adorando colendoque ratio ; si indignetur , quod ita nimis deprimam humanam rationem , Diuinum illud Diuinae Benignitatis munus , si pefundare me veritatem non Diuinis solummodo oraculis , sed et ipsis ethnicorum sapientiorum tot praeclaris dictis confirmatam querulus instet , regero , peruersti ab eo Statum Controuersiae , ipsumque nescire quae mihi objiciat . Is enim minime sum , qui sola traditione de Existentia Diuina notitiam ad nos propagatam esse statuam . Nullus diffiteor , opera Diuina tam esse illustria , ut non possit non sana atque a praeiudiciis libera verique cupida ratio ut Sapientissimum ita et Poten-

tentissimum ex iis Creatorem
agnoscere ; non nego post lap-
sum adhuc homini supereesse etiam
sine ulla traditione ab iisdem illis
ad Causam suam primam eamque
independentem , infiniteque per-
fectam, argumentandi facultatem ;
Quid ? quod hac ipsa potentia ne
eum quidem exuo , qui (si fieri
posset) a feras et inter feras edu-
catus est , adultusque ; dummo-
do in humanam adscriptus socie-
tatem institutionis ope sapere
discat , id est ratione uti , atque
ad legitime exercendam dictam
illam potentiam rite disponatur ;
nec , exulta sic eius ratione ,
opus esse , ut primam de Deo
notitiam auditu percipiat , vel
lectione intelligat . Sermo tan-
tum est de modo , quo , non si-
ne Sapientissimo Benignissimo
que Dei Hominum Amantissimi
Consilio , procul dubio ob causas
in antecedentibus allegatas , pri-
ma de Eo notio humanis menti-
bus insinuatur .

E 2 §. XXI.

XXI.

*Confutatio
Aduersa-
riorum,*

Se ipsos a teneris momen-
tosissima ista summeque necessa-
ria imbutos fuisse notitia oportet
mihi concedant, quotquot haec
taxare non verentur. Eodem mo-
do, et si partim minori studio at-
que attentione, nullos non alias
institutos esse, vel semel saltem
per omnem vitam anteactam
hunc illumue de Deo quid seu
serio seu scurriliter percepisse
oportet largiantur; fateantur de-
nique oportet, similiter etiam
gentiles ut plurimum superstitio-
siores, hincque Polytheismo de-
ditos (id quod Diuus Aposto-
lus praecipue Atheniensibus Act.
XVII. 23. non sine prudenti op-
portunaque benevolentiae capta-
tione exprobrauit) nisi semper
(ceu p. 45. docui) institutione,
tot tamen, foeditissimae licet ido-
lolatriae, vel domi vel foris exem-
plis, Entis Supremi, obscura
quamuis confusaque et corrupta
nun-

nunquam non gauisos esse traditione, ipsumque dictum Polytheismum ipsumque hunc tot idolorum cultum hac de re (Notitiae sc. de Diuinitate quadam et Religionis per traditionem propagatione) testari, quod nempe subinde apud eos increuit Deastrorum numerus, ratos, ita Religionem magis magisque perfici, quo praeiudicio ipse ille Philosophus Stoicus apud *Ciceronem de Nat. Deor. L. II. c. 2.* tam egregie de Praestantissimi Numinis cognitione e contemplatione uniuersi differens occaecatus fuisse videtur; quamuis non Graeci solum Romanie sed et plures aliae gentes unum quendam Deum ceterorum principem patremque religiosissime venerandum crediderint, veruntamen opere ipso (protestatione facto contraria) minus coluerint.

Dictis hisce ut fidem conciliem, *Gentilium luculentum* allegabo partimque hoc *sapientiorum plures* transcribam e *Maximi Tyrii Diff. I. p.*

unam Deum
 erediderunt. 3. a Hug. Grotio in praestantissimo de Ve-
 rit Relig. Christ. Tract. L. I. §. 16. locum,
 eiusque versionem saltem Latinam: in
 tanta pugna ac discrepantia unam vi-
 deas per terras omnes legem famamque
 consentientem, Deum esse unum rerum u-
 niuersarum et regem et patrem, multos prae-
 terea Deos Dei filios administrationis par-
 ticipes. Haec et Graecus dicit, et dicit
 barbarus, dicit, qui in continentibus, di-
 cit qui in oris maritimis habitat, et sapiens
 et sapientia destitutus. Similiter Antistibene-
 nes apud Ciceronem de Nat. Deor. L. I. c.
 13. Populares ait Deos multos naturalem
 unum esse. Eadem iam olim Pythagorae
 fuit sententia, Deorum Principem ideo
 Movada dicens. Quid quod pluribus noi-
 minibus unum eundemque Deum Sum-
 mum salutabant, unde rudiores dein-
 ceps peculiares fecerunt Deos. Ele-
 gans hac de re est Senec L. IV. de benefi-
 ciis cap. 7. locus: Quoties voles tibi li-
 cet aliter hunc Autorem rerum nostrarum
 compellare, et cap. 8. Tot appellationes e-
 ius possunt esse quot munera. Hunc et Li-
 berum Patrem et Herculem ac Mercurium
 nostri putant. etc. et paulo post: Sic
 hunc naturam voca, fatum, fortunam;
 omnia Eiusdem Dei nomina sunt varie u-
 tentis sua potestate. Iouem Deorum ce-
 terorum principem ac πολυώνυμον fuisse
 e plu-

e pluribus veterum locis patet, conf.
de ante dictis *Hebenstreitius*, *Exert.*
XI.de unit. Dei. §. V. praecipue autem qui
egregie haec persecutus est *praestantis-*
simus ille Anglus suprap. 29, iam lauda-
tus. Inprimis autem Poetarum atque
Philosophorum aliorumque doctorum
complures unum Deum credidisse,
quamvis nonnulli metus causa plurium
nonnunquam mentionem facerent, vi-
dentur, e quorum numero sunt *Orpheus*,
(vel quisquis sit auctor versus, eis *Zevs*, eis
Aids, ηλιος, eis Διόνυσος) *Homerus*, *Hé-*
fiodus, *Sophocles*, *forte et Virgilius*, *O-*
uidius etc. etc. *Mercurius Trismegistus*,
Ibales, *Pythagoras*, *Socrates*, *Plato*,
Aristoteles, *Cicero*, *Seneca*, *Varro*, etc. etc.
e quibus *Socrates* ceteris cordatior, quod
unicum esse Deum in publico Auditorio
demonstrauerat et reuocare dicta re-
cusauerat, ab Atheniensi Senatu circu-
tam bibere iussus intrepide obiit, eo ta-
men culpandus, quod ob haustam, ut pu-
tabat cum hoc potu salutem aeternam
Aesculapio gallum sacrificari moribun-
dus iussit. *Plato* in *Epistola ad Diony-
sius* *Syracusanum* subdubitans
primum verensque, metu tan-
dem cohibito scribit: *Seriae epistolae*
initium est Deus, non seriae *Dii*, conf. de
bis *Hebenstreit. l.c. de superioribus La-*
tantius, de fals. R. L. l.c. §. 99. nec non

eRecentioribus Hugo Grotius de Iure Belli ac Pacis, L. II. c. 20. §. 45. Tob. Pfanner, System. Theol. gent. pur. cap. 2. de Deo, aliquique plures. Forte in Unitatis Divinae confessorum albo locum etiam habent a gentilibus Atheorum in classem relati Diagoras, (Herculem suum ligneum hoc sarcasmo flammis tradens : Age Hercules, decimum tertium nunc subiturus laborem, facturus nobis obsonium) Euemerus Agrigentinus, Theodorus Cyrenaicus, Nicanor Cyprius, Hippo Melius, aliquique plures Polytheismum acriter perstringentes, a Clemente Alexandrino hinc aequa ac ob vitae puritatem excusat atque defensi; qualaude Diagoras praecipue dignus videtur si carmen suum hinc est orsus : Quod a Numine summo omnia regantur. Forte huc referendus quoque est ille qui apud eundem Clementem Alexandrinum Aegyptios ita increpabat : Si existimatis Deos esse, ne ipsos lugeatis, neque planagatis, cuius nomen ille reticet. Epiphania autem Heraclitus Aegyptius audit, et Plutarcho Xenophanes, ceu e Frid. Sylburgio refert Hebenstreitius l. c. Exerc. V. de Exist. Del. Thes. I. Schol. 3. Nec hic excludendus videtur, cuius idem l. c. mentionem facit, Anaxagoras Clazomenius, qui quod solem ab Atheniensibus

bus pro Deo cultum, μύδγον διάνυσον,
Massam carentem, vel globum igni-
tum, diceret, opificem ab opificio
distinguens, non tantum quinque ta-
lentis et exilio multatus sed et, ἀβετη-
τος seu ατεβείας damnatus est.

§. XXII.

Si neglecta spretaque dicto-
rum ratione a traditione notiti-
am de Deo coepisse porro tamen
negare perrexerint, opponant mi-
hi velim exempla vel gentis uni-
uersae, vel hominum singularium
traditione seu institutione non im-
butorum; rationem reddant, cur
ethnici ratione minus utentes,
immo abutentes ea huius exci-
tatione minus opus habuerint,
quam, qui Religionis puritate
sunt gauisi; in primis vero scire
ex iis cupio, cur illorum plurimi,
si ex inspectione operum Diui-
norum suam hauserunt de Deo
notitiam, non dignius de Eodem
senserint, sed potius tam nefan-
do idolorum cultui se mancipa-

E s uerint,

uerint , cur qui in difficilioribus non aberrarint , in lenioribus ita alucinati sint , cum certe facilius sit , agniti semel Creatoris Maiestatem , quam ipsam eius Existentiam colligere . Quid? quod non potest non quamvis aegrota ratione illius cognitio huius notitiam e vestigio sequi . Relinquitur ergo , quotquot idolatriae turpitudine delectati sunt , omnes , quicquid de Deo et Religione nouerunt , tantum abesse , ut in Diuinorum contemplationem operum intenti addidicerint , ut id potius ipsum traditione acceptum contemtui habuisse , hincque magis ex consuetudine vel vana vel superstitione , rationis omnis experte , brutaque adeo et coeca , quam deuotione atque convictione , Religionem exercuisse , nec immerito , mihi videantur .

§. XXIII.

Gentilium His tamen non nego , in
bonnuli . ethnicorum coetu subinde fuisse ,
qui

*in Operibus
Diuinorum
contemp-
tione atten-
ti laudan-
tur.*

qui traditione a maioribus, par-
timque (ut persuasum habeo))
hoc illoue modo a purioris fidei
atque Religionis viris accepta ne-
quaquam sunt abusi, sed rationem
eius sufficientem bono animo
studiosius indagarunt, inque tot
ac tam praestantibus Dei Operi-
bus undique ipsos circumful-
gentibus facili negotio inuene-
runt. Cuius testes fide dignissimi
sunt, quos paulo ante ipsam uni-
tatem Diuinam agnouisse ostendi,
pluribus habita breuitatis ratione
omissis. Huc accedunt qui e
dictis Operibus Diuinis Opificis
Excellentiam agnitam perspe-
ctamque depraedicarunt, eos
que bardis ac Cyclopibus ipsis
stupidiores iudicant, qui illis hoc
fine non attenderent, e quorum
effatis praeter tot alia conferri
etiam merentur egregia illa apud
*Ciceronem praecipue dicta ex. gr.
de Nat. Deor. L. II. c. 2. ubi Stoici
cuiusdam, c. 6. ubi Chrysippi, c.
37. ubi Aristotelis cedro digna-*

pro-

profert verba , nec non cap. 5.
 et 38. nec non de Leg. L. I. et 23.
 ubi ipse praecclare de Deo differit.
 Huc etiam pertinet praestantissi-
 mum illud Senecae , cur bonis viris
 mala fiant c. 1. quae loca plera-
 que Celeb. et omni elogio maior
 Derhamus in incomparabili sua
 Astrotheologia passim tradit.
 Quid? quod Plutarchus de Plac.
 Philos. L. I. c. 6. e siderum harmo-
 nia et ordine ab hominibus aguitum
 esse Deum palam afferit. Immo
 a Cicerone (qui l. c. de N. D. ipse
 omnibus innatum esse insculptumque
 quod sunt Dii statuit , quae Senecae
 quoque in Epistola 117. sententia
 est) Atheismi ille , non obstante
 libro de pietate in deos scripto ,
 plurimis , inque his , ipsi Verula-
 mio , (quanto viro !) forte haud
 ita merito , suspectus Epicurius eo
 nomine bene audit ; ita enim l.c.
 de Nat. D. L. I. de eo ipso scribit.
 Solus vidit , primum esse deos , quod
 in omnium animis eorum notionem
 impressisset ipsa natura ; quae enim
 gens

gens aut quod genus hominum, quod
non habeat sine doctrina anticipatio-
nem quandam deorum, quam ap-
pellat περὶ τῷ Epicurus, id est,
anteceptam animo quandam infor-
mationem. Quae quidem Gen-
tilium opiniones Hypothesi
meae ut valedicam a me non im-
petrant, cum et ipsis contigerit,
quod nostris solet, ut animum
minus aduertentes posthabita tra-
ditionis seu institutionis considere-
ratione transitisque ita notitiae
rudimentis, ad demonstrationis
rationem seu argumenta, qui-
bus cum ideae obscurae confu-
saeque in claras atque minus ma-
gisue distinctas euadant, utiq; ve-
ra demum notitia fit, statim secon-
uerterent. Veruntamen illorum,
qui non nisi idolorum cultum et
viderunt et audiuerunt, acquisita
de Deo ex operibus ipsius noti-
tia soli quasi rationi omnino esset
tribuenda; in ea quamuis infi-
xus sim opinione, paucas fuisse
gentes, ad quas non certis vici-
bus

bus quidam Reuelationis radii
hac illaue via , etsi refracti atque
obliqui, Diuina eos Benignitate
sapientissime dirigente , licet a
plerisque omnibus nefarie spreti
neglectique , penetrassent.

*Gentiles
notitiam
de Deo pu-
riorem a
Iudeis ad.
discere po-
tuerunt.*

Haud ita coniectu difficile hoc est
ponderanti Hebraeorum sacra non
fuisse Eleusinia, sed aperta, legem sci-
licet Diuinam nulli eorum non fuisse
commendatissimam , eiusdemque ex-
emplum omnes secum gestasse, eorum
cum tot aliis gentibus, harumque cum
tot aliis , commercia , eorundemque
ut justissimam ita sapientissimam di-
spersionem iam a iudicium tempore
plus vice simplici factam (cum qui-
bus procul dubio Decalogi saltem plu-
ra exempla in Gentilium manus vene-
runt) nec non Philosophorum plero-
rumque fere omnium in omnes pene
terras sapientiae laude insignes itinera
etc. etc. Forte et hunc illumue veri cu-
pidum honestique amantem Immensa
Dei Misericordia in medio gentilismi
furore extraordinaria quadam Lumi-
nis Naturalis dignatus est mensura ;
ne dicam , in hac illaue gente , in
hac illaue familia , forte iam inde a

Pa-

Patriarcharum tempore dictam de Deo
Notitiam, hoc illoue modo acceptam,
puriorem quam apud tot alias diutius
superstitisse.

§. XXVI.

Neque vero bellum (cuius *Conciliatio*
vel cogitationem, nedum au-*dictae tra-*
*sum detestor,) mihi est cum *ditionis**
*ullo Oraculo Diuino; non cum *cum Sacra**
Litteris.
Psalm. XIX. vers. 1. seqq. ubi non
nisi Operum Diuinorum excellen-
tia, atque exinde elucens crea-
toris Maiestas, nec non con-
templationis eorum dignitas na-
taque exinde suauitas suauissime
depinguntur. Quibus institutio
ante accepta haud quaquam ad-
uersatur; nec cum Diui Apostoli
Pauli dicto *ad Rom. C. 19. et 20. iam*
p. 4. sq. a me explicato; ubi addi sal-
tem velim verbis τὸ γνωσὸν τοῦ Θεοῦ,
redditis, ut Latinæ Versiones re-
ete habent, *Notum vel quod cog-*
nosci potest de Deo, noscibile, ut
ita dicam, Dei, luculentiorem
reddi

reddi interpretationem a me pro-
positam , quam pro noua vendi-
tarē haud ausim. Nec lis mihi in-
tercedit cum Eiusdem viri Diui-
nissimi illo Aet. XVII. 27. quo
quippe loco in eo non est , ut
Atheniensibus , Religionis atque
de Ente quodam suppliciter nul-
laque non deuotione adorando ,
colendoque notitiae haud exper-
tibus , sed nimium potius super-
stitionis , hincque Polytheismo
quam maxime deditis , Deum esse
(iis tot iam habentibus , se ha-
bere scilicet credentibus) demon-
stret , sed ut quisnam verus sit ,
(etille quidem , quem sub igno-
ti Dei titulo , at nefarie , cole-
bant) et quomodo eum ip-
sum explorare atque cognoscere
deberent , instrueret ; isque ab
eo dictorum est neruus : Multos
o Athenienses Deos colitis , et
prae aliis in eos estis ad supersti-
tionem usque religiosi , nullus
autem eorum est Deus , nisi is
quem ignorantēs colitis , et cuius

atque

arae inscripsistis : *Ignoto Deo,*
Quis et qualis iste sit , en vobis
annuncio. Ille nempe uniuersi
Conditor Dominusque. Nolite
autem putare , huius Maiestatem
templis includi , vel hominum
indigere ope , Eius potius bene-
ficio nulli eorum non viuunt ,
et conseruantur. etc etc. Tan-
ta Eos prosequitur Prouidentia,
ut grati Eundem vicissim quae-
rant , totque in eos bona pro-
fundit , ut Ipsum quasi palpent ,
id est , ut non possint non con-
uinci , ea non fortuito , sed a
Benignissimo , a Potentissimo , a
Sapientissimo Ente ad se deri-
uari. etc. etc. Ecquid dictum illud
ipsum hic controuersum , non qui-
dem ad Athenienses solos , sed ad
omnes homines respiciens nunc
continet , nisi argumentum du-
plex , alterum pro Dei Existentia
tum a Potentia tum a Prouiden-
tia , alterum pro Maiestate Diui-
na cultuque ea digno a magnifi-
centia Operum aequa ac benefi-

F cio-

ciorum Diuinorum petitum? Salua perstat traditio mea saluo Apostoli effato? Si eam solam sufficere statuerem, esset, unde et cur metuerem. Solam homine ipsemet indignam iudico. Ratione opus est sufficiente cur creditur, eamque illud Apostoli sufficienter docet. Numquid Christianis opprobrio est, quod traditione dicta liberos suos ante imbuunt, quam ipsimet de eius veritate operum Diuinorum contemplatione certiores fieri possunt? Tantum hinc abest ut Codici Sacro illa aduersum eat, ut potius fidem eius contra nefarios quosque ipsius calumniatores vindicet, tum quod, cœi supra ostensum est, Diuinæ immenitatem misericordiae testatur, tum quod illius historiam de primaevis hominibus confirmat, quicquid scilicet de immorigeris nonnullis Patriarcharum filiis, a quibus peruersa de Deo notitia atque Religionis corruptio procul dubio sunt

sunt fundatae , memoriae pro-
didit.

Traditio igitur sine conuictione,
sine ratione sufficiente ex ipsa Libri
Naturae inspectione accquisita manca
est, parumque iuuat. Hanc autem
antecedens , cum hac iuncta , huius-
que demonstratiōne certior redditia
laudari satis nequit. Quid ? quod
necessitate quadam hypothetico - mo-
rali ob perditissimam plurimorum ra-
tionem isti traditione (i. e. institutione
non traditione Pontificia) viua scriptave
eaque puriori subinde opus habent.
Id quod qui intus et in cute homines
optime nouit , Ipse Sapientissimus
Deus , intelligens , Deutr. IV. denuo
serio iussit , ut Ebraei tum Legis ipfis
a Se latae , tum miraculorum coram
iisdem factorum nunquam non essent
memores , ne sublati versus coelum
oculis , quum aspicerint solem , aut
lunam , aut stellas , ullam rem exer-
citus coelestis , tum impellerentur ,
et (loco Dei sui , eiusdemque tam praec-
clare de ipsis meriti , recolendae exinde me-
moriae) incurantes se eis colerent ea ,
quae impertitus est Iehoua Deus reli-
quis omnibus populis sub uniuerso
coelo (ad communem nempe usum ; non
Ebraeis solis.)

§. XXV,

§. XXV.

*Discrepat
haec Hypo-
thesis a So-
cinianorum
Arminia-
norum.
aliorum-
que errore.*

Supereft , ut a me dimo-
ueam fufpicionem , ac fi itafen-
tiens in cafta tranfeam Socinia-
norum , Arminianorum , vel ul-
lorum aliorum , a fidei puritate
alienorum , cum inſita notitia (cui
quidem ipſorum etiam ita dicto-
rum orthodoxorum haud pauci
contradicunt .) partim quoque
ipſam potentiam Deum ex ope-
ribus ipſius cognoscendi operofe
negantium : Ita enim ipſe Faſtus
Socinus Praelect. Theol. c. 2. eam
ſententiam arguit falſitatis , quae
ſtatuit ex ſola huius mundi machina ,
ſiquis animum aduertat , poſſe quem-
libet non ſolum , Deum eſſe , mani-
fefe cognoscere , verum etiam rebus
humanis proſpicere , plane percipere ,
atque pertendit , non niſi Patrum
traditione iſtam opinionem de Diui-
nitate ad omnes gentes dimanaffe .
Cum quo ut in plerisque aliis
peſtilentibus eius erroribus ita et
hic quoque conſentit Christoph.
Oſtero-

*Osterodus Institut. Christ. Relig.
c. I. afferens: Quod homines de Deo
et Deitate sciunt, id non habent a
natura, neque etiam ex considera-
tione creaturarum sed ex auditu;
Ab initio enim Deus hominibus se-
patefecit. conf. Hebenstreitius l. c.
Exerc. III. de Notit. Dei nat.
Thes. II. §. 7. Meum inquam
hunc errorem non facio; toto
potius coelo ab eo differt Hypo-
thesis a me vindicata, qua qui-
dem ex auditu notitiam de Deo
coepisse, consideratione autem
operum Diuinorum fide dignam
reddi perficie statuo, qua sine
hoc auditu, hominem rationis usu
pollentem riteque utentem, ean-
dem solum e Libro Naturae ad-
discere posse ingenue profiteor.*

§. XXVI.

Demonstrations Existentiae *Demonstra-*
Diuinae a priori, Metaphysicae, *tiones exist.*
non sunt nisi ingenii lusus, solam *Div. a prio-*
eius possibilitatem arguentes, *ri sunt lu-*
sus ingenii,

E 3

Athe-

*praeterea
que nibil.*

Atheumque hinc peruicacem neu-
tiquam conuidentes.

Multa de Deo et Religione ho-
dierationis ope excitatae (qua voce
scite utitur Celeb. Canzius, Philos.
fundam. c. 1. §. 6.) solide atque
egregie demonstrantur, quae eam si-
bi relictam semper latuissent. Ingrati
proinde sunt in Reuelationem, quo-
quot illi soli nimium tribuunt, cum
huius potius lucis radiis illuminati,
quamvis non animaduertentes, di-
stincte videant, quae vident. Acutissimi
gentium philosophi ea destituti
hic aut ignorantiam suam ingenue sunt
falsi; aut ut plurimum inepte raciocina-
ti, et ubi recte senserunt, ut iam di-
ctum est, hoc illo ueratio Diuino ea-
tenus illustrati, quamvis principium
eius ignorantes, ita senserunt. Hi pro-
inde tot scientiarum, tot artium spe-
ciminibus, quibus posteriores tan-
quam fundamento superstruxerunt,
clari cum sine caelesti illo lumi-
ne hac in re tenebris plus quam Cim-
meriis immersi adeo errauerint, num
quaelo nostris solis contingit, ita esse
felicibus, ut eiusdem expertes sapi-
ant? Nihil fere est articulorum fidei,
quod lyncei isti speculatores eratione
non geometricce demonstrant. (Qui
Diu-

Diuinae Reuelationis id luci acceptum referunt, nec inficias eunt, rationem suam eius ope Diuinorum nexum veritatum perspexisse; et qui nec ratione nec Reuelatione abutuntur, falsamque aut vitiosam pro vera et sincera venditant, demonstratione, hos telum istud non, ferit. Idem hic agitur quod cum aliis rebus inventis solet, ex. gr. ante inuentio-
 nem pulueris sic dicti pyrii, fulmen ae-
 mulantis, tantasque hominum strages
 edentis, auri fulminantis, phospho-
 ri. &c. &c. nullus cogitauit de eorum Rerum existentium possibilias et negotia-
 existentia, nedum virtute; nunc eorum facili negotio demon-
 et possibilas et effectus necessarius de- stratur, stratur, difficultissimum possibilium possibilis existentiam. Aliud porro est existentia.
 monstrari potest. Facilius igitur est rei exi-
 stentis possibilatem demonstrare, quam possibilium possibilis existentiam.
 rationem rei existentis notaeque, et tum eius ipsius, tum eiusdem attribu-
 torum, ut et nexus cum aliis rebus si-
 militer existentibus, ac vel sensu quo-
 dam perceptis, vel aliunde cognitis,
 ex ipsa utrinque natura elucemem in-
 telligere, aliud eius nondum existen-
 tis, nec connexi, vel nos latentis.
 Quid? quod rei, de cuius existentia
 incerti adhuc sumus, saltem auditae,
 possibilatem, et possibilem cum aliis
 nexum (aut contrarium) haud
 difficulter perspicimus.

Corri-

Corrigenda.


p. 2. l. 2. cognitionem. l. 30. iste
haurit. p. 8. l. 21. leg. fine. p. 13. l. 2. na-
tales. p. 17. l. 27. obsequii. p. 32. in
marg. 7. propagata. p. 33. l. 22. aeter-
nis. p. 40. in marg. inf. del. verba: prae-
cipue post lapsum. p. 45. l. 2. del. mil-
lia. p. 47. l. 10. notitiam claram. p. 8. l.
20. verba Parenthesi inclusa usque ad
pag. 9. l. 6. omittantur. p. 22. l. 7.
fallae. p. 26. in marg. *a traditione*
incipit. l. 1. diutius. l. 7. post *homines*
inser. cultae ope rationis, p. 32. l. 2.
infinitum infinitae. p. 33. l. 2. post *ore*
claud. parent. p. 40. l. 25. suauissimum
p. 44. l. 29. del.) p. 46. l. 17. nusquam.
p. 49. l. 3. primo. Cetera vitia, prae-
cipue distinctionum L. B. ipse quaeso
expungat.

ste
na-
in
er-
ne-
il-
. l.
ad
7.
ne
nes
2.
ore
m
m.
e-
so

Sept 7. 6

427
472

X2400194



ELEUTEROPHILI LONGINI
MISCELLANEORUM THEOLOGICO-PHILOSOPHICORVM
 PARTIM QVIDEM
 PARADOXORVM
 FIDEI AVTEM AEQVE AC
 RATIONI ILLIVS LVCE COL-
 LVSTRATAE SE PROBAN-
 TIVM

SECTIO I.



FRANCOFVRTI ET LIPSIAE.

A. G. 1616 c. LI